This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

55. c. 8.
NS 12 ABBS h 17

EYRBYGGIA-SAGA

SIVE

EYRANORUM HISTORIA.

Sumtibus P. F. Suhm.

EYRBYGGIA-SAGA

SIVE

EYRANORUM HISTORIA

QVAM

MANDANTE ET IMPENSAS FACIENTE

PERILL. P. F. SUHM.

VERSIONE, LECTIONUM VARIETATE AC

INDICE RERUM.

AUXIT

G. J. THORKELIN

PROF. PHILOS. EXTRAORD.

HAVNIÆ 1787.

TYPIS AUG. FRID. STEINII.

LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
18 JUN. 1928
OF OXFORD

Ex fragm. membran. Legati Arna Magnæani form. Quart.



L. S.

Hanc narrationem, qvæ à villæ Eyræ incolis Steinhoro ejusqve fratribus *Eyrbyggia Saga*, abbreviatè *Eyrbyggia*, i. e. Eyranorum hiſtoria vulgo inſcribitur, non minore jure Alptafiordenſium et Breidvikenſium hiſtoriam dixeris, qvandoqvidem vitas et geſta perſeqvitur aboriginum ſive incolarum ex Norvegia profectorum, qvi promontorii Snæfellici territoria *Eyrar-ſveit*, *Alpta-fiord* et *Breida-vik* primi occuparunt et inhabitarunt.

Hoc monumentum, qvod in optimis patriæ annalibus meritò numeramus, qvamvis non cothurnato, terſo tamen et ſvaviſſimo dicendi genere utitur, hoc qvidem nomine longe diſpar externis ſuæ ætatis ſcriptoribus, auxeſes et ampullas qvàm maxime amantibus; et hoc, me judice, claro indicio eſt, qvod primi rerum ſeptentrionalium ſcriptores profáici, haud ſecus ac poetæ populares, non exoticæ elocutionis ſive oratoriæ leges, ſed, qvæ ſuæ normæ et formæ erat, domeſticam et a patribus traditam dictionem amaverint, et exemplo ubiqve habuerint.

Cæterum hæc hiſtoria circa rei ruſticæ, oeconomicæ et politicæ antiqviſſima inſtituta verſatur, præliis et turbis inteſtinis utraqve pagina interſperſis; id qvod mirum nemini eſſe debet, qvi cogitaverit, tunc temporis, legum et magiſtratuum auctoritate nondum ſatis ſtabilita, per totum fere ſeptentrionem effreni civium licentiâ, diſcordiis, injuriis, Cædibus plena fuiſſe omnia. Ex his vero narrationibus, per viſorum pariter ac virtutum exempla docentibus, ſcire licet quales fuerint hujus ætatis mores et inſtituta, qvalis majorum jure ſuo et libere viventium agendi ratio.

Omnia hæc hiſtoricus noſter, plurib[illegible] in ea re claſſicis patriæ ſcriptoribus ſimilis, larga dicendi copia, et qvadam aures atqve animos paſcente ſvada, ita exponit, ut lector, velut præſens ſcenarum ſpectator, de facti cujusqve occaſione, tempore, circumſtantiis, immo de plurium perſonarum in qvamcunqve partem proclivi ingenio recte judicare valeat; qvare mirum non eſt, qvod hoc juxta cum optimis antiqvitatis patriæ monumentis in magno ſit Islandis pretio, et tam recolendæ majorum memoriæ qvam oblectationis et fallendi temporis cauſa à patribus familias, vel eorum nomine aliis, per horas brumæ veſpertinas coram famulitio recitetur: qvis enim neſcit qvod gens et plebs Islandica ut vetuſtis carminibus ita ſoluti ſermonis hiſtoriis multum delectetur, memoriæ ea mandet, et animi cauſa in ore identidem habeat.

Qvæ vero de veneficiis, de prodigiis, ſpectris et lemuribus hic narrantur, ea ævi antiqvi tenebris et regnante ſuperſtitione æqvus qviſqve et cordatus excuſabit: qvin etiam rerum ejusmodi abſtruſarum fidem in medio potius relinqvendam, qvam

omnia

omnia vel temere amplectenda vel præfracte neganda exiſtimabit, ſuo illos ſinens abundare judicio, qvi qvævis eventa, modo hodie inſveta, humanoqve captu et ſcrutinio altiora, mox ſine exceptione vana, falſa et ficta eſſe conclamant; nam "qvemadmodum (verba ſunt Plinii Hiſt. nat. VII. cap. I.) multa fieri non poſſe, priusqvam facta ſunt, judicantur, ita multa qvoqve qvæ antiqvitus facta, qvia nos ea non vidimus, neqve ratione aſſeqvimur, ex iis eſſe, qvæ fieri non potuerunt, judicamus; qvæ certe ſumma inſipientia eſt."

Ad chronologiam qvod attinet, licet Noſter annos nusqvam præciſe numeret, rerum tamen geſtarum intervalla, per antecedentia et conſeqventia ita diſtingvit atqve determinat, ut tempus et annus, qvo qvid acciderit, haud multo negotio ſupputetur, e. c. qvo æræ Chriſtianæ anno Thorolfus *Moſtrarſkegg* lares in Islandiam transtulerit; Thoroddus Snorronis f. qvot annus natus pugnæ Alptafiordenſi interfuerit; Kiartanus de *Froda* qvot fuerit annorum, cum inſulani [illegible]ſtiana ſacra communi conſenſu reciperent, et ſic de cæteris eventis, qvorum ratio chronologica ex rerum ſerie et mutua relatione facile plerumqve noteſcit.

Conſcriptæ hujus hiſtoriæ tempus ſi conſideres, dubium non eſt qvin lucem viderit ætate illa aurea, Muſis et Apollini non minus qvam Marti ſacra, vigente inqvam regimine Ariſtocratico, adeoqve ante annum 1264. cum inſulæ noſtræ ſceptro Norvegico jam ſubjectæ ſtatus, tam literalis qvam oeconomicus et civilis, prorſus aliam et novam indueret formam: hoc vel ex unico illo Noſtri effato liqvet, pag. 10. qvod ruſtici olim non ſecus curionis ſive pontificis, qvam tunc temporis (cum Hiſtoricus

ricus noſter ſcriberet) præfecti partes ſeqvi tenerentur, hoc enim de qvo loqvitur officium, primo curionibus, dein præfectis debitum, nova regiminis forma prorſus abrogavit.

Auctorem, qvamvis ne nomine qvidem notum, virum doctum et fide digniſſimum fuiſſe inficiabitur nemo hujus operis æqvus æſtimator, qvod elucentis ubiqve veritatis criteriis ſeſe commendat, Ariiqve Polyhiſtoris, hic capite VII. expreſſis verbis laudati, auctoritate et hiſtoriæ coævæ conſenſu nititur, ut adeo Originum Islandicarum ſcriptores hanc hiſtoriam ex optimis fontibus hauſtam jure meritoqve deprædicent.

Hiſtoriarum atqve carminum ſtudio et, qvas ſupra tetigi, hibernis lectionibus, per univerſam inſulam inde a prima occupatione receptis, debemus exſcriptorum patriæ monumentorum ingentem multitudinem, cujus bonam partem immortalis Arnas Magnæus ſedulo conqviſivit; in his vero Eyrbyggæ noſtræ ne unam qvidem integram membranam conſecutus eſt, cum non niſi detrita fragmenta et diſſolutæ ſchedulæ offerrentur. Tandem felici caſu Bibliothecam Reſinianam viſens in optimæ notæ exemplar membranaceum, ab Islandia jam ante delatum, incidit, qvod tamen paulo poſt funeſto urbis incendio periit, magno utiqve et irreparabili diſpendio, niſi vir prudens dictam membranam Asgeiri Jonæ celebris librarii manu prius exſcribi curaſſet, et exſcriptam cum autographo ipſe ſedulo contuliſſet. Hunc ego codicem, cum et locupletem et probe accuratum viderem, cæteris omnibus chartaceis codicibus præferre, et absqve ulla interpolatione fundamenti loco ponere nullus dubitavi. Id unicum cenſura dignum monere habeo, qvod charta noſtra mox ab initio prænotetur *Eyr-byggia Saga*, contra codicum verorum

terum morem, qvi demum coronidis loco ſeſe inſcribunt et rem de qva actum eſt profitentur; id qvod de pergamenis etiam latinis qvidam obſervarunt: in hoc autem optimæ notæ codicibus noſter ſimilis, qvod periodos ſecundum materiam dimenſas non, cum recentioribus, ſectionum ſive capitum numero, ſed, qvod juſtum antiqvitatis criterium, ſola rubrica novaqve linea diſtingvat, oportet igitur dictam epigraphen a librario adjectam fuiſſe: hoc vel exinde confirmatur, qvod aliud codicis Reſeniani exemplar ad vigeſimam ſextam pericopen exſcriptum, in ſcriniis Magnæanis ſub numero 450 viſendum, hac frontis inſcriptione careat.

De charta Reſeniana qvod dictum eſt, in aliud Bibliothecæ Magnæanæ pari pretio cimelium convenit, codicem loqvor Gvelpherbyticum, qvem, ut ætatem certe definire non liceat, bonum et antiqvum eſſe vel unica ſtyli et orthographiæ ratio arguit, caſtigatum utrumqve et in apographo 410 feliciter ſervatum, qvod etiam Asgeirus b. Magnæi cura ad ungvem exſcripſit: damno tamen dolendo non levem temporis injuriam codex optimus ſubiit primis viginti ſex capitibus mutilus.

Cæteras omnes et decurrentis et proxime decurſi ſeculi chartas, numeris forma folii 123. 124. 125. 130. 131. et formæ qvarti 441. 443. 444. 446. 447. 449 ſignatos ad duas claſſes refero: exſcripta enim ſunt vel chartæ nitidiſſimæ 442 forma qvarti, ſacerdotis Jörundi Ketillini manu exaratæ, vel, qvantum conjectura auguror, fragmenti membranacei, 445 cujus ſpecimen in limine hujus præfationis æri inſculptum conſpicitur, literarumqve ductum et ſcripturæ modum exhibet ſeculi decimi qvinti medio congruum.

Cum tanta ſupeteret exemplariorum copia, ingentem forſan lectionum varietatem hic invenire ſperas, nec id fruſtra ſperaveris, ſi omnia et ſingula librariorum ſphalmata, nè dicam deliria, notare et adſcribere operæ pretium judicaſſem: ſcias vero qvod hac in re nihil temerarium ſive a fidelis recenſentis partibus alienum præſumſerim: enimvero, in territoriis *Breidavik* et *Eyrarſveit* educatus, non paucas rerum hic relatarum locales circumſtantias ex autopſia novi; ipſe non ſemel pertranſivi celebrem ditionem *Thornes-thing*, cujus in medio territorium *Helgafells ſveit;* non ſemel, inqvam, luſtravi qvod Thorneſi erat dicaſterium, judicumqve ex ſaxis communibus exſtructa ſedilia; unde brevi ſpatio villa delubro qvondam famoſa *Hofſtadir*, nec non monticulus in rotundum ſurgens clivum *Helgafell* i. e. mons ſacer, accolarum gentilium animabus, ut credebant, deſtinata ſedes. Omnia inqvam hæc loca multoque plura oculis præſens capeſcivi, et, non ſine qvadam animi voluptate patrum ſedes res et geſta remenſi, deſcriptam antiqvitus loci cujusqve conditionem cum facie hodierna eandem fere et immutatam comperi.

Hæc ſi ad præſens inſtitutum retuleris, habes cauſam cur ex novis codicum chartaceorum legendi modis, qvi cumprimis circa chorographica erant plurimi, veros ſolum et genuinos retinens, ſpurios omnes, utpote a locorum natura et ſitu alienos, refecarem, idqve recto ni fallor conſilio, cum ejusmodi lectionum variantium, invicem non raro contradicentium, juſto major cumulus fere offendat lectorem, et fidem hiſtoricam facile debilitet.

Carmina

Carmina qvod attinet, hanc genuinarum ſpuriarumqve lectionum diacriſin adhibere non tuto licuit, cum ſenſus, ut fere anceps eſt et difficilis, occaſione cujusqve vel leviſſimæ mutationis non raro mirum qvantum differat: nam ſi vel maxime uno vel altero loco ſana criſis, etiam in poëticis, ea veris facile diſcernat, qvæ certe falſa ſunt, et librariorum ſive ſubleſtam fidem ſive lingvæ poeticæ ignorantiam arguunt, cenſor tamen prudens et peritus hæc omnia rejicere ſibi integrum non ducit, qvando qvidem qvæ retinenda, qvæ rejicienda ſint, ex ſuo unius judicio non ſtare vel cadere modeſte fatetur.

Reſtat ut monumenti noſtri in vulgus editi illuſtrem auctorem nominem PETRUM FRIDERICUM SUHM, regii cubiculi clavigerum, magnum hiſtoriæ et literaturæ borealis ſtatorem, qvi procurata hoc editione Patrum et Heroum Eyranorum memoriam ab oblivione vindicavit, etenim hujus Mæcenatis ſummi munificentia, et qvam obtulit liberali ſtipe invitatus, ſuſcepi opus, et qva vides, qva licuit, induſtria abſolvi. Hujus etiam Philomuſi juſſu et prudenti conſilio factum eſt, ut textum ubiqve verbo tenus exprimerem, qvatenus latinitas ſenſum literalem aſſeqvi valuit; hac enim ratione plurimis lectoribus idiomatis Islandici imperitioribus conſulere Noſter voluit; ad ſermonis elegantiſſimi genium qvodam modo perſpiciendum id iis non jucundum minus qvam neceſſarium fore ratus, donec Diis faventibus lexicon univerſale exſtiterit, veteris lingvæ Danicæ ſtudioſis uberiori auxilio futurum.

Carmina

Carmina verſionis proſaicæ modum ſeqventia transtulit Dn. GUNNARUS PAULI, vir multiplici doctrina et lingvæ poeticæ peritia clariſſimus. Indicem rerum memorabilium, cum his qvæ meo nomine præfatus eſt, debeo JOHANNI OLAVIO Hypnon. borealis hiſtoriæ et antiqvitatum ſtudioſo.

Cæterum lector amice ſiqvos hic obſervas irrepſiſſe errores, ſi qvæ ſphalmata, in his ut mite conniveas oro ſperoqve, dummodo cogitaveris hanc opellam, ſi vel maxime nunc demum in lucem prodeat publicam, eſſe tamen primum meæ adoleſcentiæ tentamen muſis immortalibus ſacrum.

Havniæ 1786.

G. J. Thorkelin.

EYRBYGGIASAGA.

I. Cap.

A. D. *Ketill Flatnefr* het einn ágætr herſir í Noregi. hann var ſon *Biarnar Bunu Grímsſonar* herſirs or *Sogni*. *Ketill Flatnefr* var kvongadr. hann átti *Yngbvilde* dottr *Ketils Veðrs herſis* af Raumarſki. *Biörn* oc *Helgi* hetu ſyner þeirra. enn dætur þeirra voru þær *Audr Diupaudga*. *Þorun Hyrna*. oc *Jorun Mannvitzbrecka*. *Biörn* ſon *Ketils* var foſtraþr auſtr á Jamtalandi med iarli þeim er *Kiallakr* het. enn *Giaflaug* het dotter hans. Þetta var í þann tíma er *Haralldr* geck til ríkis í Noregi. Fyrir þeim ufridi flyþu margir göfger menn af Noregi. ſumer auſtr um kiölu. ſumer um haf veſtr. þeir voru ſumer er helldu ſik á vetrum í Sudreyium edr Orkneyium. enn um ſumrum heriudu þeir í Noregi. oc gerþu mikinn ſcaþa í ríki *Haralldz* Kóngs. Bændr kærdu þetta fyrer Kóngi. oc bádu hann frelſa ſik af þeſſum úfriþi. Þá gerþi *Haralldr Kóngr* þat ráþ at hann let búa her veſtr um haf. oc qvad *Ketill Flatnef* ſkylldu höfþingia vera yfer þeim her. *Ketill* taldiz undan. enn Kóngr qvad hann fara ſkylldu. oc er *Ketill* ſá at Kóngr vill ráda. rædz hann til ferdarinnar. oc hefir med ſer konu ſina oc
877 börn þau ſem þar voru. Enn er *Ketill* kom veſtr um haf.

áttu

Cap. I.

Erat vir nomine Ketillus Flatnefus (*Simus*) *inſignis Dux in* A. D.
Norvegia, *filius* Biarni Bunæ (*rudipedis*) *nepos* Grimi *Ducis ex* Sognia. *Duxerat* Ketillus Flatnefus *uxorem*, Ingvelldam *nimirum*, *filiam* Ketilli *Ducis de* Vedra *provinciæ Raumenſis. Erant iis filii nomine* Biörnus & Helgius; *filiæ vero* Audura Diupaudga (*prædives*) Thorunna Hyrna (*cornuta*) & Jorunna Mannvitsbrecka (*mulier prudens*). *Educatus eſt* Biörnus *filius* Ketilli *in* Jemtia *orientem verſus*, *á Comite*, *cui* Kiallakus *nomen*, *qvi filiam habuit* Giaflaugam. *Facta ſunt hæc tempore*, *qvo ad adminiſtrationem Regni Norvegiæ pervenit Rex* Haralldus. *Hujus præ violentia multi nobilium e fundis ſuis ex Norvegia profugerunt*, *alii qvidem per montes Dofrinos orientem verſus*, *alii occidentem verſus per oceanum. Non nulli in Hebridibus vel Orcadibus hyberno tempore ſe continebant*; *per æſtatem in Norvegia piraticam exercentes ingens in Regno* Haralldi *damnum fecerunt. Hoc incolæ apud Regem conqveſti ut ab hac violentia ſe vindicaret*, *rogarunt. Ex qvo Rex* Haralldus *id conſilii cepit*, *ut exercitum per mare occidentale adornaret*, *ducemqve copiarum* Ketillum Flatnefum *fore juberet. Excuſat ſe* Ketillus; *Rex vero utiqve expeditionem ſubire mandat.* Ketillus *autem*, *ubi Regem hac in re imperium poſcere comperit*, *itineri ſe accingit*; *aſſumta ſecum* 877

A. D. áttu þeir nockorar oroſtr oc haſþi iafnan ſigr. Hann lagþi
877 under ſik Supreyiar oc gerþíz höfþingi yfer. ſættiz þá vid hina ſtærſtu höfþingia fyrer veſtan haf. oc batt vid þá teingd-
880 er oc ſendi auſtr herinn. oc er þeir kvomu á fund *Haralldz* Kónongs ſögdu þeir at *Ketill Flatnefr* var höfþingi í Sudreyium. enn eigi ſögþuz þeir vita at hann drægi *Haralldi* Kóngi ríki fyrer veſtan haf. Enn er Kóngr ſpyr þetta þá tekr hann under ſik eigner þær er *Ketill* átti í Noregi. *Ketill Flatnefr* gipti *Aupi* dottr ſína *Olafi Hvíta.* er þá var meſtr herkóngr fyrer veſtan haf. hann var ſon *Ingialldz Helgaſonar.* enn moder *Ingialldz* var *Þóra* dotter *Sigurdar Ormsíauga Ragnarsſonar Lodbrókar.* *Þórunni Hyrnu* gipti hann *Helga Magra* ſyni *Eyvindar Auſtmanz* oc *Rafaurtu* dottr *Kiarfals* Ira Kóngs.

II. Cap.

Biörn ſon *Ketills Flatnefs* var á Jamtalandi þar þil er *Kiallakr* iarl andadiz. hann feck *Giaflaugar* dottr iarls oc fór ſidan auſtr um kiöl. fyrſt til Þrándheims. oc ſíþan
881 ſuþr um land. oc tók under ſik eigner þær er fader hans haſþi átt. enn rak í brott ármenn þá er *Haralldr* Kóngr
882 haſþi yfer ſett. *Haralldr* Kóngr var þá í Víkinne er hann ſpurdi þetta. oc fór þá it efra nordr til Þrándheims. oc er hann kom í Þrándheim ſtefndi hann VIII. fylkna þíng. oc á því þíngi gerdi hann *Biörn Ketilsſon* útlaga af Noregi. gerþi hann dræpann, oc tiltækann hvar ſem hann veri fundínn. Eptir þetta ſendi hann *Hauk Hábrók.* oc adra kappa ſína at drepa hann ef þeir fyndi hann. Enn er þeir kvamu ſuþr um Staþi urdu viner *Biarnar* vidvarer ferd þeirra.

uxore liberisque præsentibus. Ubi autem occidentale pelagus superaverat, aliquot prælia commisit victor ubique rediens. Hebridum sibi subactarum imperium ipse assumsit: Facta deinde cum summi nominis ab occidentali maris parte, viris pace, affinitates cum iisdem junxit. exercitum autem versus orientem (in Norvegiam) transmisit, qui ut Haralldum *Regem convenit, retulit imperare Hebridibus* Ketillum Flatnesum; *non vero sibi constare, ipsum* Haralldo *Regi trans mare Regnum conciliare. Hoc ubi audiit Rex, possessiones (fundos) quas in Norvegia habuit* Ketillus, *sibi adscripsit. Nuptum dedit* Ketillus Flatnesus *filiam* Audunam Olao Hvíta (*albo*) *summo id temporis ab occidente oceani Regulo, erat is filius* Ingialldi, *filii* Helgii, *matrisque* Thoræ, *filiæ* Sigurdi (*vermoculi*) *filii* Ragnaris Lodbrók (*braccis hirsutis*). Thorunnam Hyrnam *elocavit* Helgio Magra (*macro*) *filio* Eyvindi Austmanni (*orientalis*) *&* Rafaurtæ *filiæ* Kiarvali *Regis Hiberniæ.* A. D. 877 880

Cap. II.

Biörnus *filius* Ketilli Flatnesi, *mansit in Jemtia usque ad obitum Comitis* Kiallaki, *ductâque filia Comitis* Giaufiauga, *primum per Alpes Dofrinos itinere orientali in Nidrosiam, & deinde per regionem austrum versus profectus est; fundosque, quos habuerat pater, sibi subjecit, propulsatis, quos Rex* Haralldus *constituerat,* 881 *præfectis. Dum hæc ad Regem perferuntur in provincia Vichensi se detinebat; mox vero per superiora Norvegiæ, boreali itinere Nidrosiam tendit; quo ubi pervenit, viros ex octo provinciis ad forum convocavit, inque eo conventu* Biörnum Ketilli *filium extorrem e Norvegia fecit, & ubicunque inveniretur occidendum, aut comprehendum pronunciavit. Misit deinde* Haukium Hábrók, (*braccis alte cinctum*) *aliosque satellites fortissimos, qui exulem si obvius foret, enecarent. Qui ubi austrum versus Stadas præterierunt, amici* Biörni *de* 882

A. D. 882 þeirra. *Biörn* hlióp þá á ſcútu eina er hann átti med ſkulldalid ſitt oc lauſafe oc fór undan ſudr med landi því at þá var vetrarmegn oc treyſtiz hann eigi á haf at hallda. *Biörn* fór þar til er hann kom í ey þá er Moſtr heiter er liggr fyrer Sunnhördalandi. oc þar tók vid honum ſá madr er *Rolfr* het Örnolfs ſon *Fiſkreka*. þar var *Biörn* um vetrinn á laun. Kóngsmenn hurfu aptr þá er þeir höfþu ſkipat eignir *Biörns* oc ſetta menn yfer.

III. Cap.

Rolfr var höfþingi mikill. oc hinn meſti rauſnar madr. hann vardveitti þar í eyiunne Þórs hof. oc var mikill vin Þórs. hann var mikill madr oc ſterkr. fríþr ſynom. oc hafþi ſkegg mikit. því var hann kalladr *Moſtrarſkegg*. 883 hann var göfgaſtr madr í eyinne. Um vorit feck Þórolfr *Birni* langſkip gott oc ſkipat godum drengium. oc feck *Hallſtein* ſon ſinn til fylgdar vid hann. oc helldu þeir veſtr um haf á vit frænda *Biarnar*. Enn er *Haralldr* Kóngr ſpurþi at Þórolfr *Moſtrarſkegg* hafþi halldi *Birni Ketilsſyni* útlaga Kóngs. þá gerþi hann menn til hans oc bodadi honom af löndom. oc bad hann fara útlagann ſem *Biörn* vin hans. nema hann komi á Kóngs fund. oc leggi allt ſitt mál á Kóngs valld. Þat var X. vetrum ſídar enn *Ingolfr Arnarſon* hafþi farit at byggia *Island*. oc var ſú ferd allfræg vordinn. því at þeir menn er kvomo af *Islandi* ſögdu þar góda landa koſti.

IV. Cap.

itinere eorum certiores facti sunt. Ex quo Biörnus *Scapham,* A. D.
quam ipse possidebat, unacum familia & mobilibus conscendit; 882
australique cursu continentem praeterlegit, siquidem prae vi hyemis oceano se committere non audebat. Pergebat Biörnus *usque dum ad insulam Mostur dictam perveniret, ab australi latere Hördiae sitam, ubi a viro nomine* Hrolfo Örnolfi *filio* Fiskreka (*piscium depulsoris*) *receptus, ibi clanculum hyemem transegit. Regii vero, ubi fundos* (*bona*) Biörni *disposuerant, virosque iis praefecerant, domum reversi sunt.*

Cap. III.

Erat Rolfus *insignis heros, maximaque largitatis; custodivit in ista insula fanum* Thori, *fuitque intimus ejus amicus; unde* Thorolfus *dictus est. Caeterum statura ingenti ac robore, formaque venustate condecoratus, magnam gestavit barbam, unde illi* Mostrarskeggi *cognomen adhaesit* (*barbae Mostrensis*). *Vir in tota insula clarissimus habebatur. Vere proximo* 883
Thorolfus Biörno *triremem dedit eximiam, nautis fortibus instructam, comitemque adjunxit filium* Hallsteinum. *Hac in regiones tendunt occasum versus transmarinas, propinquos* Biörnis *conventuri. Sed Rex* Haralldus, *audito* Thorolfum Mostrarskeggium, Biörnem Ketilli *a se proscriptum sustentasse, missis ei nuntiis fundos interdixit, & admodum* Biörnonis *ejus amici exulem ire jussit; nisi Regem conveniret, totam causam suo arbitrio commissurus. Haec accidebant X. annis, postquam* Ingolfus Arnae *filius* Islandiam *occupatum ierat. Quae migratio admodum inclaruerat, siquidem viri ex* Islandia *venientes, istius terrae dotes multis laudibus deprædicarant.*

Cap. IV.

A. D. 884

IV. Cap.

Þórolfr *Moſtrarſkegg* feck at blóti miklo. oc geck til frettar vid Þór áſtvin ſinn. hvart hann ſkyldi ſættazt vid Kóng. eda fara af landi burt. oc leita ſer ſva annara forlaga. enn frettin víſadi Þórolfi til *Islandz*. oc eptir þat feck hann ſer mikit haffkip. oc bió þat til *Islandz* ferdar. oc hafþi med ſer ſkullda lif ſitt oc búferli. Margir viner hans reduzt til ferdar med hanom. Hann tók ofan hofit. oc hafþi med ſer fleſta vidu er þar höfþu í verit. oc ſva molldina undan ſtallanum. þar er Þór hafþi áſetit. Síþan ſigldi Þórolfr í haf. oc byriadi hanom vel. oc fann landit. oc ſigldi fyrer ſunnan. veſtr um *Reykianes*. þá fell byrrinn. oc ſá þeir at ſkáruz í landit inn fyrdir ſtórir. Þórolfr caſtaþi þá fyrir bord öndvegis ſúlum ſínum þeim er ſtaþit höfþu í hofinu. þar var Þór ſkorinn á annari. hann mællti ſva fyrir. at hann ſkylldi þar byggia á *Islandi* ſem Þór leti þær á land coma. Enn þegar þær hóf frá ſkipinu. ſveif þeim til ens veſtra fiardarins. oc þótti þeim fara ecki vönum ſeinna. Eptir þat kom hafgula. ſigldu þeir þá veſtr til *Sniófellzneſs*. oc inn á fiördinn. þeir ſia at fiördrinn er ákafliga breidr. oc lángr. oc miöc ſtórfiállott hvarumtveggia megin. Þórolfr gaf nafn fyrdinum, oc kalladi *Breidafiörd*. hann tók land fyrir ſunnan fiördinn nær midiu. oc lagdi ſkipit á vog þann er þeir kölludu *Hofsvog*. Epter þat könnudu þeir landit. oc fundu á neſi framanverdu. er var fyrer norþan voginn. at Þórr var á land kominn med ſulturnar. þat var ſíþan kallat Þórsnes. Eptir þat fór Þórolfr elldi um landnám ſitt utan frá *Stafá*, oc inn til þeirrar ár, er hann kalladi Þórsá, oc bygdi þar ſkipverium ſínum.

hann

Cap. IV.

A. D. 884

Thorulfus Moſtrarſkegg *ingenti ſacrificio parato, oraculum* Thori *intimi ſui amici conſuluit; utrum cum* Rege *in gratiam rediret, an Patria relicta, alia qværeret fata? Reſponſum tulit eſſe illi in* Islandiam *abeundum; unde magnam ſibi paravit navem oceano aptam, qvam in iter* Islandicum *domeſticis ſua qvadra neceſſario alendis, nec non ſuppellectili intruxit. Multi qvoqve amicorum itineri unacum eo ſuſcipiendo ſeſe accinxerunt. Deſtruxit Fanum, plurimis, qvibus conſtiterat lignis, terraqve, qvæ pulvinari ſuberat, in qvo conſederat* Thorus, *ſecum deportatis. Se deinde oceano commiſit, ventisqve ſecundis uſus regionem invenit, cujus oram auſtralem, curſu occidentem in* Reykianeſum *directo, præterlegit; qvo ubi pervenit, flatu ceſſante regionem magnis ſinibus ſecari videt. Ejectis deinde è navi, qvæ in fano fuerant, columnis ſupremæ ſedis, qvarum alteri inſculptus erat* Thorus, *vovit ſe ibi habitaturum, ubi* Thorus *eas in terram appellere faceret. Qvæ a nave avectæ, verſus ſinum magis occidentalem feruntur, minori, ut nautis videbatur, mora, qvam ſperârant. Leni deinde vento e plaga oceani ſpirante, promontorium* Sniófellenſe *præterlapſi, proximum intrabant ſinum. Qvem ubi vaſtæ admodum latitudinis ingentibus utrinqve montibus cinctum vidit* Thorulfus, Breidafiördi *nomen indidit. Appulſam poſtea navem ad Auſtralem medii fere ſinus oram, in brachium maris, qvod* Hofsvog *appellarunt, deduxit. Tractum deinde perſcrutati,* Thorum *in extremitate linguæ a ſeptentrione ſinus ſitæ, columnas appuliſſe reperiunt, nomenqve exinde* Thorsneſi *imponunt.* Thorolfus *deinde tractum qvem occupaverat, a* Staflá, *ad amnem usqve, qvem* Thorſá *vocavit, igne luſtravit, nautisqve territoria, qvæ incolerent,*

A. D. hann ſetti bæ mikinn vid *Hofsvog.* er hann kalladi á *Hofsſtödum.* Þar let hann reiſa hof. oc var þat mikit hús. voru dyrr á hlidvegginom. oc nærr audrom endanum. þar fyrer innan ſtoþu öndvegis ſúlurnar. oc voro þar í naglar. þeir hetu *regin naglar.* (a) Innar af húſinu var hús í þá líking. ſem nú er (b) ſaunghús í kirkium. oc ſtód þar ſtalli á midiu golfinu. oc alltari. oc lá þar á (c) hríngr einn mótlaus (d) tvíeyringr. oc ſkylldi þar at ſveria eida alla. þann ríng ſkylldi höfþingi hafa á hendi ſer til allra mannfunda. (e) A ſtallanum ſkylldi. oc ſtanda (f) *hleytbolli.* (g) oc þar í (h) *leytteinn* ſem ſtöckull veri. oc ſkylldi þar ſtöckva med or bollanum blódi því er (i) *laut* var kallat. þat var þeſs konar blód er ſæfþ voro þau kvikinde er godonum var fornat. (k) Umhverfis ſtallan var godonom ſkipat í afhúſinu. Til hoffins ſkylldu aller menn tolla giallda. oc vera ſkyllder höfþingia til allra ferþa. ſem nú eru þíngmenn höfþingium. Enn godi ſkylldi hofi upphallda af ſiálfs ſins koſtnadi ſva at egi renadi. oc hafa inni blótveizlor. *Þórolfr* kalladi *Þórsnes* milli *Vigrafiardar* oc *Hofsvog.* í því neſi ſtendr eitt fiall. á því fialli hafþi *Þórolfr* ſva mikinn átrúnat at þangat ſkylldi einginn madr óþveiginn líta. oc eingu ſkylldi tortína í fiallinu hvarki fe ne mönnum nema ſiálft gengi í burt. Þat fiall kallaþi hann *Helgafell.* oc trúdi at hann mundi

þángat

(a) Þar fyrir innan var fridar ſtadr *add* 445. 443. 446. 441. 447. 131. 124. 129.
(b) kór af kirkiu 129. 446. 447.
(c) ſilfr hríngr 445. Gullhríngr 124. 122. 129 446. 443.
(d) XX. eyringr. 129. 124. 122. 443. 131. 446. IX. eyringr. 441.
(e) á ſtallanum — fórnat. *omitt.* 129. 131. 443.
(f) hlautbolli. 123 124. hlutbolli. 447. heitbolli. 442.
(g) oc — fornat. *omitt.* 123. 124.
(h) h utr. 441. teirn. 447.

lerent, diſtribuit. Ipſe ſibi apud Hofsvogum, *ingentem villam* A. D.
condidit Hofſtadis. *Hic fanum exſtrui curavit, domum ingentis magnitudinis, cum foribus in pariete laterali & propius quidem ad alteram extremitatem. Erant intra fores columnæ ſedis ſupremæ fixæ clavis, qvi* ſacrati *(divini) vulgo dicebantur* (1). *In interiore domus parte, exſtructa erat altera, ad formam, qvam hodie habent adyta templorum; in cujus medio pavimento pulvinar ac ara ſtetit altaris inſtar, cui impoſitus erat* (2) *annulus* ſine commiſſura (3) duas pendens uncias, *per qvem omnia juramenta præſtarentur; hunc fani antiſtes in qvocunqve, conventu manu geſtaret* (4). *Staret qvoqve in altari* vas luſtricum, *cui ineſſet inſtrumentum* Hleitteirn, *qvod eſſet aſpergillum, qvo ſangvis* Hleit *dictus e vaſe ſpargeretur; ſangvis ſcilicet mactatorum animalium, qvæ diis immolarentur* (5). *Circum aram in poſtica, Dii erant diſpoſiti. Fano omnes tributum ſolvere, omniaqve, qvæ Pontifex juberet, itinera ſubire tenebantur, qvemadmodum hodie ſui curiales prætoribus dedent. Pontifex autem delubrum ſuo ſumtu ſartum tectumqve ſervare debebat, conviviaqve ſacrificialia præbere.* Thorulfus *lingulam inter ſinum* Vigrafiord, *atqve* Hofsvogum, Thorsnes *appellavit; ſtantemqve ibi monticulum tanta colait religione, ut lege caveret, ne qvis illotus illuc flecteret oculos; ullumve animal, ſive pecora ſive homines ibi necarentur, niſi ultro diſcederent. Monticulo iſti* Helgafelli (*Montis-*

(i) hlutr 447. lutr. 445.
(k) á þilinu umhverfis. *add.* 124. 123. 131. á þilium 129 443. 446.
(1) Interius aſylum erat.
(2) annulus argenteus 445. aureus. 124. 122. 129. 443. 446.
(3) XX. 122 124. 129. &c. IX. uncias. 441.
(4) ſtæret — immolarentur. *omitt.*
(5) In pariete circum. *add.* 124. &c. in parietibus. 129.

A. D. þángat fara þá er hann dæi oc allir á neſinu hans frendr ſem Þórr haſþi á land komit. A tanganum nesſins let hann hafa dóma alla. oc ſetti þar heradsþíng. þar var oc ſva mikill helgiſtadr at hann villdi med engu móti lára ſaurga völlinn hvarke í heyptar blódi. oc ey ſkylldi þar álfrek gánga. oc var haft til þeſs ſker eitt er *Dritſker* var kallat. Þórolfr gerþiz rauſnarmadr mikill í búi. oc haſþi fiölment med ſer því at ſva var gott matar at afla af eyium. oc ödru ſiófángi.

V. Cap.

882 Nú ſkal ſegia frá *Birni* ſyni *Ketills Flatnefs* at hann ſigldi veſtr um haf þá er þeir Þórolfr *Moſtrarſkegg* ſkilldu ſem fyrr ſegir. hann hellt til Súdreyia. Enn er hann kom veſtr um haf. þá var andadr *Ketill Flatnefr* fader hans. enn hann fann þar *Helga* bródr ſinn oc ſyſtr ſínar. oc budu þau hönom góda koſti med ſer. *Biörn* vard þeſs viſs. at þau höfþu annann átrúnat. oc þótti hönom þat lítilmannligt er þau höfþu hafnat fornum ſiþ þeim er frændr þeirra höfdu haft. oc nam hann þar eigi yndi oc einga ſtadfeſtu villdi hann þar taka. var hann þó um vetrinn med *Audi* ſyſtr ſinne. oc Þórſteine ſyne hennar. Enn er þau fundu at hann villdi egi (l) audlazt vid frendr ſína. þá kölludu þau hann *Biörn* enn *Auſtræna*. oc þótti þeim illa er hann villdi egi ſtadfeſtaz þar.

VI. Cap.

(l) ályda ſt. 445.

tisſancti) nomen dedit, crediditqve ſe, dum obiret, cum omnibus A. D.
ſuis lingulam, ubi Thorus *appulerat inhabitantibus propinqvis illico transiturum. In extrema parte lingulæ, forum inſtituit provinciale, ibiqve omnia haberi curavit judicia. Qvi locus adeo ſacer habitus eſt, ut nullomodo campum inqvinari vellet, nec ſangvine hoſtili, nec ſeceſſu genios fugante, cui ſcopulus qvidam maris,* Dritſker *deſtinatus erat.* Thorolfus *providenti rei familiaris adminiſtratione brevi celeberrimus, multos aluit domeſticos, ſiqvidem lautam & inſulæ & maria annonam ſuppeditarunt.*

Cap. V.

Jam de Biörno *filio* Ketilli Flatneſi *narrandum eſt. Ille,* 882
ut ſupra dictum, poſt diſceſſum a Thorulfo, *curſu occidentali in transmarinas* Hebudas *tetendit. Qvo ubi pervenit, patre* Ketillo *fatis antea functo fratrem* Helgium *& ſorores convenit, qvi bonas illi ſecum manſuro conditiones obtulerunt. Verum* Biörnus, *ut aliam illos Religionem fovere comperit, abjectum ratus, illos ritus antiqvos, qvos propinqvi coluerant, deſeruiſſe, nulla ibi jucunditate percepta, ſedem neqvaqvam figere voluit; hyemem tamen apud ſororem* Audam, *filiumqve* Thorſteinem *transegit. Qvi cum apud propinqvos non acqvieſcere eum comperiunt,* Auſtræni *cognomen indiderunt, qvod ibidem permanere nollet, ægre admodum ferentes.*

 Cap. VI.

A. D. 885

VI. Cap.

Biörn var tva vetr í *Supreium* ádr hann bió ferd ſina til *Islands*. Med hönom var í ferd *Hallſteinn* Þórolfsſon. þeir tóko land í *Breidafyrdi*. oc nam land út frá *Staſá* milli (m) oc *Hraunsfiardar* med rádi Þórolfs. *Biörn* bió í *Borgarhollti* í *Biarnarhöfn*. hann var ec meſta göfugmenni. *Hallſteini* Þórolfsſyni þótti litilmannligt at þiggia land at födr ſínum. oc fór hann veſtr yfer *Breidafiörd*. oc nam þar
890 land oc bió á *Hallſteinsneſi*. Nockorum vetrum ſídar kom út *Audr Diúpaudga*. oc var enn fyrſta vetr med *Birni* bródr ſínum. ſíþan nam hon öll *Dala* lönd í *Breidafyrdi* milli *Skraumohlaupsár* oc *Daugurdarár*. oc bió í *Hvammi*. A þeſſum tímum bygþiz allr *Breiþafiördr*. oc þarf her ecki at ſegia frá þeirra manna landnámum er egi koma vid þeſſa ſaugu.

VII. Cap.

Geirrodr het madr er nam land inn frá Þórsá til *Lángadals*. oc bió á *Eyri*. Med hönum kom út *Ulfarr Kappi* er hann gaf land umhverſis *Ulfarsfell* oc *Finnger* ſon Þórſteins *Aundurs*. hann bió í *Alftafyrdi*. hans ſon var Þórfinnr fader Þórbrands í *Alftafyrdi*. *Veſtarr* het madr ſon Þórolfs *Blödruſkalla*. hann kom til *Islandz* med födr ſinn gamlann. oc nam land fyrer (n) innan (o) *Urthvalaſiörd*. oc bió á *Ondverþareyri*. Hans ſon var *Asgeirr* er

þar

(m) Borgarhrauns. *add.* 124. *bodie* Berſerkiahraun, *hic alias* κατ' ἐξοχην Hraun, *vocatur*.

(n) utan. 445. *minus recte*.

(o) Hvalfiörd. 446. *bodie vocatur*, Kolgrafafiördr.

Cap. VI.

A. D. 885

Biörnus *in* Hebudis *duas, antequam* Islandiam *petiturus iter pararet, hyemes transegit. Socium habuit itineris* Hallſteinem Thorulfi *filium, cum quo in* Breidafiordo *terram appulit, tractuque ultra* Staflá *inter* Borgarhraunum & Hraunfiordum *ſvadente* Thorulfo *occupato*, Borgarhollti *in* Biarnarhafnia *habitavit vir fama illuſtris.* Hallſteinus Thorulfi *filius humile ratus fundum a patre accipere*, Breidafiördum *occidentem verſus trajecit, ibique territorio occupato*, Hallſteinsneſum *incoluit. Aliquot poſtea hyemibus* Auda Diúpaudga *peregre venit, quæ* 890 *prima apud fratrem* Biörnum *hyeme peracta, totum tractum* Dalenſem, *inter amnem* Skraumohlaupſá & Daugurdará *occupans* Hvammi *habitavit. His temporibus totus* Breidafiördus *incolas acceperat: ſed de eorum occupationibus dicere minime opus eſt, qui in hacce narratione non memorantur.*

Cap. VII.

Geirrodus *nomen erat viro, qui tractu a* Thorsá *usque ad* Langadalum *occupato*, (*) Eyræ *ſedem fixit. Peregre cum eo venerat* Ulfar Athleta, *cui territorium, quod* Ulfarsfellum *cingit, incolendum dedit; nec non* Finngeir *filius* Thorſteinis Aundurs (*Xyloſolæ*) *qui in tractu* Alftafiördenſi *habitans, filium habuit* Thorfinnum *patrem* Thorbrandi Alftfiördenſis. Veſtar *vocabatur filius* Thorolfi Blödruſkalli (*calvitiei puſtulatæ*); *hic patrem jam ſenem in* Islandiam *peregre devexit, tractuque intra ſinum* Urthvalafiörd *occupato*, Ondverdareyræ *habitavit. Filius ei* Asgeir, *qui patre mortuo eandem*

(*) *hodie*, Narfeyre.

A. D. þar bió síþan. *Biörn* hinn *Austræni* andadiz fyrst þessa landnámsmanna. oc var heygdr vid *Borgarlæk*. Hann átti epter II. sonu, annarr var *Kiallakr Gamli* er bió í *Biarnarhöfn* epter faudr sinn. *Kiallakr* átti *Astríði* dóttr *Rolfs* hersis systr *Steinolfs* ens (p) *lánga*, þau áttu þriú börn, *Þórgrímr* goþi var son þeirra oc *Gerdr* dotter, er átti *Þórmóðr* goþi son *Oddz* hins *Racka*. þriþia var *Helga* er átti *Asgeirr* á *Eyri*. Frá börnum *Kiallaks* er komin mikil ætt. oc eru þaþan komner (q) *Kialleklingar*. *Ottar* het annar son *Biarnar*. hann átti *Gró Geirleifsdottr* systr *Oddleifs* af *Bardaströnd*. Þeirra syner voru þeir *Helgi* fader *Osvifrs* hins *Spaka*. (r) oc *Biörn* fader *Vígfúss* í *Dráþublíd*. *Vilgeirr* het enn þriþi son *Ottars Biarnarsonar*. *Þórolfr Mostrarskegg* qvongadiz í elle sinne. oc feck þeirrar konu er (s) *Unnr* het. segia sumer at hún veri dotter *Þórsteins Rauds*. enn *Ari* *Þórgilsson* enn fróði telr hana med eingu móte
915 med hans börnum. Þau *Þórolfr* oc *Unnr* áttu son er *Steinn* het. þenna svein gaf *Þórolfr* *Þór* vin sinum. (t) oc kalladi hann *Þórstein*. oc var þesi sveinn all brádgerr. *Hallsteinn* *Þórolfsson* feck *Oskar* dottr *Þórsteins Rauds*. *Þórsteinn* het son þeirra. hann fostradi *Þórolfr*. oc kalladi *Þórstein Surt*. enn sinn son kalladi hann *Þórstein Þorskabít*.

VIII. Cap.

I þenna tíma kom út *Geirrídr* syster *Geirrodar* á *Eyri*. oc gaf hann henni bústad í *Borgardal* syrer innan *Alftafiörd*.

(p) Lága. 445.
(q) Kiallakingar. 442. Kiallæklingar. 446.
(r) Er bió at Láugom í Sælingsdag. *add.* 442.
(s) Audr het. 445. *utrinque*. Vdr. 446.
(t) þenna — Þórskabít. *omitt.* 446.

dem villam tenuit. Biörnus Auſtrænus *primus horum aborigi-* A. Di
num diem ſuum obiit, ad rivum Borgarlæk *tumulo conditus; duos reliqvit filios alterum* Kiallakum Grandævum, *qvi paternam villam* Biarnarhöfn *incoluit.* Kiallakus *ex ſocia thori* Aſtrida, *filia Ducis* Rolfi, *ſorore autem* Steinolfi (*longi*), *tres ſuſcepit liberos, filium,* Thorgrimum *Pontificem, filiam* Gerdam, *qvam* Thormodus *Pontifex, filius* Oddi Racki (*alacris*) *uxorem duxit; alteram vero* Helgam, *qvæ* Asgeiro *ex* Eyra *nupſit. A liberis* Kiallaki *magnus deſcendit poſterorum numerus, qvi* Kiallakenſes *dicti ſunt. Secundo filio* Biörni *nomen erat* Ottar, *qvi uxorem habuit* Gróam, *filiam* Geirleifi, *ſororem* Oddleifi Bardaſtrandenſis, *filiosqve* Helgium *patrem* Olvifi *ſapientis* (6). Biörnum *patrem* Vígfuſi *de* Drápuhlída. *Tertio adhuc filiorum* Ottaris Biörni *filii nomen erat* Vilgeir. Thorolfus Moſtrarſkegg *jam ſenex, matrimonio uxorem ſibi junxit* Unnam, *qvam qvidam filiam* Thorſteinis Ruffi *fuiſſe perhibent:* Aras *autem* Thorgilfi *filius* Polyhiſtor *ejus eam liberis neqvaqvam annumerat.* Thorolfus *ex* Unna *filium procreavit nomine* Steinem, *qvem, puerum adhuc, amico ſuo* Thoro *dicatum* Thorſteinem *appellavit; iſteqve juvenis cito fuit maturus. Duxit* Hallſteirn Thorolfi *filius* Oſkam, *filiam* Thorſteinis Ruffi; *qvorum filium nomine* Thorſteinem Thorolfus *educavit, eiqve* Surti (*nigri*), *ſuo autem* Thorſkabiti (*Ychiophagi*) *cognomen impoſuit.* 915

Cap. VIII.

Hoc tempore Geirrida, *ſoror* Gudrodi *de* Eyra *peregre deveniens, a fratre latifundium in* Borgardalo *ſitum intra* Alftafiördum,

(6) Qvi Laugis Sælingdalenſium habitavit.

A. D. *fiörd.* hún let ſetia ſkála ſinn á þiódbraut þvera. oc ſkylldu aller menn rípa þar í gegnum. þar ſtód iafnan bord. oc matr á gefinn hvorium er hafa villdi. at ſlíko þótti hún et meſta göfugqvendi. *Geirrídi* haſþi átta *Biörn* (u) *Blindingatrióna.* oc het þeirra ſon *Þórolfr.* hann var víkingr mikill. Hann kom út nockuru ſíþar enn móder hans. oc var med henne enn fyrſta vetr. *Þórolfi* þótti þat lítit búland. oc ſkoradi á *Ulfar* kappa til landa. oc baud hönum hólmgaungu. því at hann var vid alldr oc barnlaus. *Ulfar* villdi helldr deyia enn vera kúgadr af *Þórolfi.* Þeir gengu á hólm í *Alftafyrde.* oc fell *Ulfar.* enn *Þórolfr* vard ſárr á fæti. oc geck iafnan haltr ſíþan. af þeſſu var hann kalladr *Bægifótr.* Hann gerþi bú í *Hvammi* í *Þórsárdal.* hann tók lönd epter *Ulfar.* oc var enn meſti úiafnadar madr. hann ſelldi lönd leyſingium *Þórbrandz* í *Alftafyrdi. Ulfari Ulfarsfell. Aurlygi Aurlygsſtaþi.* oc bióggu þeir þar lengi ſíþan. *Þórolfr Bægifótr* átti III. börn. *Arnkell* het ſon hans enn *Gunnfríðr* dótter. er átti *Þórbeinr* á *Þórbeinsſtödum* inn á *Vatzhálſi* inn frá *Drápuhlíd* (x). Önnr dótter *Þórolfs Bægifótz* het *Geirríðr* er átti *Þórolfr* ſon *Heriólfs Hólkinraza.* oc bióggu þau í *Mafvahlíd.* þeirra börn voru þau (y) *Þórarinn Svarti* oc *Gúdny.*

IX. Cap.

919 *Þórolfr Moſtrarſkegg* andadiz á *Hofſtödum.* þá tók *Þórſteinn Þorſkabitr* ſödrleyfd ſína. hann geck at eiga *Þóro* dóttr

(u) ſon Bölverkz Blindingatrióna. 446. 124. 123.

(x) þeirra fynir voru þeir, Sigmundr oc Þórgils enn dóttir þeirra var Þórgerdr er átti Vígfús í Drápuhlíd.

(y) Þórſteinn Svarti. 442.

fiördum, *dono accepit, hæc ædem in transverſa via communi ſibi* A. D.
exſtrui curavit, qvam omnes tranſeuntes perequitarent; ſtetit ibi ſemper menſa, cibusqve cui ſumere cunqve vellet appoſitus: qva de re mulier celeberrima habita eſt. Nupta fuerat Geirrida, Biörno (7) Blindingatriónæ, *qvorum filius* Thorolfus *erat, inſignis pyrata. Hic paulo poſt matrem, ab exteris devectus, primam apud eam hyemem transegit; illud vero territorium non ſatis vaſtum ratus, latifundium ab* Ulfare Athleta *exegit; eumqve ad duellum, ſiqvidem ſenem & orbum provocavit.* Ulfar *mortem oppetere, qvam invitus cogi, ſatius duxit. Deſcenderunt in arenam in* Alftafiördo, *ubi* Ulfar *occubit;* Thorolfus *autem pede vulneratus ſemper exinde claudicavit, hinc ei* Bægifoti (*curvipedis*) *cognomen adhæſit.* Hvammi *in* Thórsárdalo *villicationem inſtituit*, Ulfariqve *in fundis ſucceſſit vir iniqviſſimus; libertis* Thorbrandi Alftfiördenſis *latifundia vendidit*, Ulfari Ulfarsfellum, Örligo Örligſtadas, *qvæ diu poſtea incoluerunt.* Thorolfo Bægifoto *tres fuerunt liberi, filius* Arnkillus, *filiaqve* Gunnfrida, *qvam in matrimonio habuit*, Thorbeinn *incola* Thorbeinsſtadarum *in ſito intra* Drápuhlídam Vatshalſo (8); *alteraqve* Geirrida *uxor* Thorolfi, *filii* Heriolfi Hólkinraſi (*clunes ruditer accincti*), *qvi* Mafahlídæ *habitantes* (9) Thorarinum Nigrum & Gudnium *liberos habuere.*

Cap. IX.

Thorolfus Moſtrarſkegg Hofſtadis *diem obiit*, Thor- 919
ſteinn *vero* Thorſkabitus *patrimonio accepto, uxorem ductum ivit*

(7) filius *Bölverci Blindingatrionæ.*

(8) eorum liberi erant *Sigmundus, Thorgils* & *Thorgerda*, qvæ *Vigfuſo Drupublidenſi* nupſit.

(9) *Thorſtanus Niger.*

A. D. dóttr *Olafs Feilans* ſyſtr Þórdar *Gellis* er þá bió í *Hvammi*. Þórolfr var heygdr í *Haugsneſi* út frá *Hófsſtödum*. I penna tíma var ſva mikill offi *Kialleklinga* at þeir þóttuz fyrer ödrum mönnum þar í ſveit. voru þeir. oc ſva marger ættmenn *Biarnar* at eingi frændabálkr var ſva iafn mikill í *Breidafyrdi*. Þá bió *Barna-Kiallakr* frændi þeirra á *Medalfellsſtrönd*. þar ſem nú heiter á *Kiallaksſtöþum*. hann átti marga ſonu. oc vel (z) menta. þeir veittu aller frændum ſínum fyrer ſunnan fiörþinn á þíngum oc mannfundum. Þat var eitt vor á Þórsneſs þíngi at þeir mágar Þorgrímr *Kiallaksſon*. oc *Asgeir* á *Eyri*. at þeir gerþu ord á. at þeir mundu egi leggia (a) drag under ofmetnat Þórsneſinga. oc þat at þeir mundi gánga þar (b) örna ſínna ſem annarsſtadar á mannfundum á graſi þó þeir væri ſva ſtollter at þeir gerþi lönd ſín helgari enn adrar iarder í *Breidafyrdi*. lyſtu þeir þá yfer því at þeir mundu egi troda ſkó til at gánga þar í útſker til (c) álfreka. Enn er Þórſteinn Þorſkabítr vard þeſſa varr. villdi hann egi at þeir ſaurgadi þann völl er Þórolfr fader þeirra hafþi tignat um frám adra ſtaþi í ſínne landeign. heimti hann þá at ſer vine ſína. oc ætladi at veria þeim vígi völlinn ef þeir hygþiz at ſaurga hann. At þeſſu ráþi hurfu med hönum Þórgeir (d) ſon *Geirroþar* á *Eyri*. oc *Alftfyrdingar* Þórfinnr. oc Þórbrandr ſon hans. Þórolfr *Bægifótr*. oc marger adrer þíngmenn Þórſteins oc viner. Enn um kvelldit er *Kialleklingar* voru metter. tóku þeir vapn ſín. oc gengu út í neſit. enn er þeir Þórſteinn

ſá

(z) mannada. 442.
(a) dug. 442.
(b) Erinda. 445. 442 446. *ſemper*. 124.

Thoram, *filiam* Olai Feilani (*Verecundi*) *ſororem* Thordi Gelleris, *qvi* Hvammi *tunc habitavit.* Thorolfus *in ſito extra* Hofſtadas Haugsneſo (*lingula tumuli*) *tumulo conditus eſt. Tanta id temporis fuit inſolentia* Kiallakenſium, *ut cæteris in iſta tribu præſtare ſibi viderentur; tot qvoqve cognatis gaudebat* Biörnus, *qvot alia in* Breidafiördo *gens nulla gloriari poſſet. Eo tempore* Barna Kiallakus (*liberis freqvens*) *cognatus illorum, prædium, hodie* Kiallakſtadas *dictum, in tractu* Medalfellſtrönd *incoluit; habuit iſte multos filios artibus probe inſtructos, qvi ſinguli cognatis ab auſtrali ſinus latere* (*habitantibus*) *in judiciis ac conventibus auxilium tulerunt. Accidit vere qvodam in foro* Thorsneſenſi, *ut affinis* Thorgrimus Kiallaki *filius* & Asgeir *de* Eyra *id ſpargerent, ſe faſtui* Thorsneſenſium *minime ſervituros, ſeqve ibi in terra gramine veſtita, haud ſecus ac in aliis conventibus ad reqviſita naturæ ſeceſſuros; ut adeo eſſent faſtuoſi, ut fundos ſuos præ aliis in* Breidafiördo *territoriis ſacros haberent, ſe in ſcopulum abjiciendis excrementis ſecedendo calceos haudqvaqvam trituros palam pronuntiantes.* Thorſteinn *vero* Thorſkabitus *de hac re certior factus, ut campum qvem pater ejus præ cæteris ſui territorii locis coluerat, violarent, pati noluit; amicos itaqve convocavit, eos ab acceſſu campi, modo eum inqvinare animus eſſet, armis prohibituros. Ad hoc ejus conſilium acceſſerunt,* Thorgeir *filius* Gerrodi *de* Eyra, & Alftfiordenſes Thorfinnus *cum filio* Thorbrando, Thorolfus Bægifotus, *ac permulti alii* Thorſteinis *curiales & amici. Veſperi vero cum cænaſſent* Kiallakenſes *aſſumtis armis lingulam petunt.* Thorſteinn

A. D.

(c) almbreka. 445. aſireka. 442.
(d) keingr. 445.

A. D. ſá at þeir ſnú af þeim veg er til ſkerſíns lá. þá lupu þeir til vapna. oc runnu epter þeim med ópi oc eggian. oc er *Kialleklingar* ſá þat. lupu þeir ſaman oc vördu ſik. Enn *Þórsneſingar* gerdu ſva harda atgaungu at þeir *Kiallakr* rucku af vellinum. oc í fiörona. Sneruz þeir þá vid. oc vard þar enn hardazti bardagi med þeim. þeir (e) *Kiallakr* voru færri. oc höfþu einvala lip. Nú verda vidvarer *Skógſtrendingar* *Þórgeſtr* hinn *gamli*. oc *Aſlákr* or *Lángadal*, þeir hlupu til. oc gengu í milli. enn hvarer tveggiu voru hiner ópuztu. oc fengu egi ſkilit þá. ádr enn þeir hetu at veita er þeirra ord villdi heyra til ſkilnadarins. Oc vid þat urdu þeir ſkillder. oc þó med því móti at *Kialleklingar* nádu egi at gánga upp á völlinn. oc ſtigu þeir á ſkip. oc foro brott af þínginu. þar fellu menn af hvarom tveggiom. oc fleiri af *Kialleklingum*. enn fiölldi vard ſárr. gripum vard eingum á komit þvíat hvoriger villdu þá ſelia. oc hetu hvarer ödrum (f) atförum þegar því mætti vid koma. Völlrinn var ordinn alblópugr þar er þeir börþuz. oc ſva þar er *Þórsneſingar* ſtópu medan bariz var.

X. Cap.

Epter þíngit höfþu hvarertveggiu ſetur fiölmennar. oc voru þá dylgiur miklar med þeim. Viner þeirra tóku þat rád at ſenda ord *Þórdi Gelli*. er þá var meſtr höfþíngi í *Breidafyrdi*. Hann var frendi *Kialleklinga*. enn námágr *Þórſteins*. þótti hann líkaztr til at ſætta þá. Enn er *Þórdi* kom þeſſi ordſending fór hann til vid marga menn. oc leitar

(e) Kialleklingar. 444. 442.

(f) óforum. 442.

autem cum ſuis ubi ducente ad ſcopulum via illos deflectere videt, A. D. *arma arripit, cum clamore inſequitur, hortatur aggredi. Quo cognito* Kiallakus, *ſuos vim hoſtilem viribus in unum collectis propulſuros convocavit.* Thorneſenſes *autem, tantum in eos impetum fecerunt, ut* Kiallakenſes *de campo in littus deturbarentur. Hic redintegrata pugna, accerrime utrinqve diu dimicatum fuit.* Kiallakenſes *numero inferiores delecto conſtiterunt milite. Accepto jam* Skogſtrandenſes, Thorgeſtus *puta* Grandævus, *&* Aſlakus Langadalenſis, *certaminis rumore, illuc accurrentes, interceſſerunt; at, qvod uterqve animo jam qvam ferocisſimo dimicaret, eos non prius dirimere valuerunt, qvam ſe iis, qvi diſcedendo, verbis ſuis parerent, ſuppetias laturos minarentur. Atqve hoc ipſo ab invicem diremti ſunt; ita tamen, ne* Kiallakenſibus *campum aſcendere liceret; unde navibus conſcenſis forum reliqverunt. Cædes utrinqve admodum funeſta erat ſed maxime* Kiallakenſibus; *pars maxima vulnerati ſunt. Pax inter eos ſanciri neqviit, qvod uterqve ſpondere recuſaret; impetum vero qvam primum fieri poſſet invicem minitaretur. Campus ubi dimicarant, totus cruore maduerat, non minus ubi* Kiallakenſes *in certamine ſteterant.*

Cap. X.

Poſt forum, freqvens uterqve præſidium habuit, multæqve iis cavillation interceſſerunt. Utriusqve igitur amici id conſilii ceperunt, ut Thordum Gellerem, *ſummæ id temporis in* Breidafiördo *auctoritatis virum arceſſerent. Erat is* Kiallakenſibus *ſangvine,* Thorſteini *vero propinqva affinitate junctus; unde paci inter eos contrahendæ aptus maxime videbatur. Accepto hoc nuntio* Thordus *comitibus freqvens iter inſtituit, pacemqve*

bus igne comburantur volo, illa enim nemini erunt uſui. Hæc autem non ea de cauſa præcipio, qvod ornatu iſto frui, ſi utilem fore noſcerem, alicui invideam, verum ideo tot de his verba facio, qvod ægre feram, innumera mei cauſa, ac prævideo, modo iſta, qvæ præcipio, immutentur, incommoda redundatum iri. Thoroddus *autem ea, qvæ rogaverat, ſe ſecuturum pollicitus eſt. Invaluit deinde morbus* Thorgunnæ, *nec multa, donec obiret, nyctbemera decubuit. Funus primum in templum elatum eſt, et* Thoroddus, *loculum, quo conderetur, fieri curavit. Die poſtero ſupellectile lecticaria ſub dium elata, et allatis lignis, qveis aleretur rogus, ſuperverveniens* Thurida, *qvid de iſtis rebus decretum ſit? herum percontatur: ille, ut præceperat* Thurgunna, *igne illa comburènda eſſe dixit. Et illa; tanta Cimelia comburi prohibeo. Ad qvæ* Thoroddus *regeſſit: multis illa verbis mihi fidem fecit male ceſſurum, ſiqvid mutaretur, eorum, qvæ præcepiſſet. Et* Thurida; *Iſta inqvit, verba e mera profecta ſunt invidia: illa enim, qvod nemini frui concederet, ita mandavit; nullum vero, qvomodocunqve hæc fuerint mutata, prodigium ſeqvetur. Reſpondentis* Thoroddi, *rem alio qvem juſſerat, modo exſeqvi haud licere, collum manibus amplexa ne ornatum lecti combureret, rogavit, eiqve petito tantopere inſtitit, ut moto animo mariti, rem eo deduceret, ut inferiores culcitas cum cervicalibus comburèret, illa vero ſindones ac totum periſtroma obtineret: hæc tamen neutri placuere. Iter deinde funebre paratum, viriqve probi, qvi funus ſeqverentur, collecti ſunt, et fortes ab* Thoroddo *eqvi dati. Cadaver linteis non aſſutis involutum, loculoqve impoſitum, per teſqva auſtrum verſus indeqve communi via devexerunt, re nulla me-* A. D. 1000.

A. D. 1000. Þeirra ferd ſagt, áþr þeir fóro ſuþr um *Valbiarnarvöllo*. Þar fengo þeir kelldr blautar miöc, oc lá opt ofan líkit, fóro ſíþan ſuþr til *Nordrár*, oc yfer ána á (i) *Eyarvadi*, oc var diúp áinn, var bædi hregg, oc allmikit regn, þeirkomo at lyktom á bæ þan í *Stafholltztungom* er á *Neſi* heitir hino *Nedra*, qvauddo þar giſtingar, enn bóndi villdi engan greida gera þeim, enn med því at þá var komit at nótt, þóttuz þeir egi mega fara lengra, þvíat þeim þótti egi fridlegt at eiga vid *hvitá* um nótt, þeir toko þar af heſtom ſínom, oc báro lík i hús eitt fyrir dyrom úti, gengo ſíþan í ſtofo oc foro af klædom ſínom, oc ætludo at vera þar um nótt matlaúſer, enn heimamenn fóro í dagſliófi í reckio, oc er menn kvamo í reckior, heyrþo þeir hark mikit í búrit, var þá farit at forvitnazt, hvert egi veri þiófar innkomner, oc er menn kvamo til búrſins, var þar ſeen kona mikil, hon var naukt, ſva at hon hafþi engan lut á ſer, hon ſtarfaþi at matſelld, enn þeir menn er hana ſá, urdo ſva hrædder, at þeir þordo hvergi ner at koma. Enn er líkmenn viſſo þetta, fóro þeir til, oc ſá hverſo háttat var, þar var *Þorgunn* komin oc ſyndiz þat aullom rád at fara egi til med henni, oc er hon hafþi þar unnit ſlíkt er hon villdi, þá bar hon mat i ſtofo, eptir þat ſetti hon bord, oc bar þar á mat, þá mælto líkmenn vid bónda, yera má, at ſva lúki ádr vid ſkiliom at þer þicki alkeypt, at þú vilder engan greida gera oſſ, þá mælti bædi bóndi oc húsfreya, vid viliom viſt gefa ydr mat, oc gera yþr annan greiþa þan er þer þurfit, oc þegar er bóndi hafþi boþit þeim greida, þá geck *Þorgunna*

(i) Eyrarvad

morabili accidente donec per Valbiarnarvollos (*Valbiarni campos*) *auſtrum verſus proficiſcerentur: hic enim præ paludibus, qvæ in via erant, nimis uliginoſis, funus ſæpius decidit. Ad amnem inde* Nordurá *devecti, in vado* Eyarvad, *alta aqva ſuperarunt, ingentiqve procella ac imbre male habiti, ad villam tandem in* Staf holtſtungis (*lingulis* Staf holtenſibus) Nes Inferius *dictam, pervenerunt. hoſpitium petentibus paterfamilias ullam hoſpitalitatem exhibere recuſavit; illi vero, qvod vergeret in noctem dies, iter perſeqvi, aut amnem* Hvita *noctu aggredi, minus tutum judicabant. Exoneratis igitur eqvis funus in inſulam ante oſtium villæ ædem intulerunt; triclinium deinde ingreſſi veſtes exuerunt, qvod noctem ibi jejuni tranſigere decreverant: domeſtici vero lucente adhuc die cubitum ierunt. Qvi cum lectos occupaſſent magnum in penuario ſtrepitum audierunt, unde, num fures irrupiſſent, exploraturi, ut ad fores penuarii veniunt, ingentis mulierem ſtaturæ adeo nudam ut nullum corpore tegumen geſtaret, cibo præparando operari vident, et tanto terrore percuſſi ſunt, ut propius accedere non ſuſtinerent. Qveis auditis funeris transvectores, cognitum, qvomodo res ſe haberet, accedunt, videntqve, adeſſe* Thorgunnam, *qvam adire inconſultum omnibus videbatur. Ut ea, qvæ placuit, abſolverat, triclinio cibum intulit, erectæqve impoſuit menſæ. Tunc funeris deportatores his herum colloqvuntur. Forſan, ajunt, antequam ab invicem diſcedamus, res eo perveniet, ut tibi, qvod nullam nobis hoſpitalitatem exhibere volueris, ſat poenæ redditum videatur. Reſponderunt et herus et materfamilias, cibum vobis afferre, aliamqve, qva opus habetis, hoſpitalitatem, lubenter offeremus. Et ubi paterfamilias hoſpitalitatem iis obtulerat,* Thorgunna A. D. 1000.

A. D. 1000. *gunna* fram or ſtofunni, oc út epter þat, oc ſyndiz hon egi ſíþan. Eptir þetta var gert liós i ſtofo, oc dregin af geſtom klæþi þau, er vot voro, oc fengin aunnor i ſtaþin, ſíþan gengo þeir under bord, oc ſigndo mat ſin, oc ſakadi engan man, þótt Þórgunna hafþi mat búit, ſvofo af þá nótt, oc vóro þeir i allbeinom ſtaþ, um morginin biuggo þeir ferd ſína, oc tókſt þeim hon allgreidliga, enn hvar ſem þeſſi atburdr ſpurdiz, þá ſyndiz fleſtom þat rád, at vinna þeim þan beina, er þeir þurfto, var þaþan af allt tíþindalauſt um þeirra ferd. Þá er þeir komo í *Skálaholt*, voro framgreidder griper þeir, et Þorgunna hafþi þángat gefit, tóco þá kennimenn gladliga vid öllo ſaman, var Þorgunna þar jördut, enn líkmenn fóro heim, oc tókz þeim allgreitt um ſína ferd, oc qvamo med öllo heilo heim.

LII. Cap.

At *Fróþá* var elldaſkáli mikill, oc lokreckia innar af elldaſkálanum, ſem þá var ſiþr, af elldaſkálanom voro klofar tveir ſinn á hönd hverri, oc hlaþit ſkreid i annan, enn miölvi i annan, þar voro gervir málelldar hvert qvelld i elldaſkála ſem ſiþr var til, ſáto menn laungom vid elldana, ádr menn gengo til matar. Þat qvelld er líkmenn qvamo heim, þá er menn ſáto vid málellda at *Fródá*, þá ſá menn á veggþili húſſins at komit var túngl hálft, þat mátto aller menn ſiá þeir er i húſino voro; þat geck aufugt um húſit oc andſælis, þat hvarf egi brott meþan menn

triclinium egreſſa, indeqve foras prodiens nunquam poſtea ap- A. D.
paruit. Accenſo deinde in triclinio lumine, veſtes udæ hoſpiti- 1000.
bus detractæ, aliæqe loco earum ſuppeditatæ ſunt: menſam de-
inde ſubeuntes cibum ſigno crucis notarunt, nec cuiqvam, qvod Thorgunna *eum paraſſet, nocuit. Tranſacta ibi, inter ſumma hoſpitalitatis ab hero data documenta nocte, ſeqventis diei mane iter pararunt, qvod ſecunde iis ſucceſſit; nam ubicunqve iſte caſus narratus eſt, hoſpitalitatem, qva opus habuerunt, præſtare conſultum omnibus videbatur, nec qvicqvam deinde de itinere eorum memoratu dignum accidit. Sacerdotes* Skalholti *cimelia, qvæ templo iſtius loci dederat* Thorgunna, *unacum funere læti exceperunt, mortuamqve humo condidere. Qvo facto funus ducentes revertuntur, ac itinere ex votis functi domum incolumes veniunt.*

Cap. LII.

Erat Frodáæ *ingens hypocauſtum, in cujus parte interiore, ex more id temporis obſervato, lectus clauſus extitit. Ex utroqve hypocauſti latere duo erant conclavia, qvorum alterum piſces ſiccatos, alterum farinam congeſtam continuit. Qvovis, in hypocauſto, ut mos erat, veſpere, ignes coqvinarii accenſi ſunt, ad qvos domeſtici, antequam cænatum irent, diu ſederunt. Veſpere, qvo funeris transportatores domum redierant, dum ad accenſos* Frodáæ *ignes coqvinarios domeſtici ſederunt, dimidia in tabulato parietis luna viſa eſt, qvam ſingulis in hypocauſto præſentibus conſpicere licuit. Hæc per totam domum retrograda, motuqve ſoli contrario circumiit, nec qvamdiu ad*

A. D. 1000. menn ſáto vid ellda. Þorodde ſpurþi Þóri *Vidlegg*, hvat þetta mundi boþa: Þórir qvad þat vera urdarmána, man her eptir koma manndaudi ſegir hann. Þeſſi tiþindi bar þar vid viko alla, at urdar máni kom þar inn hvert qvelld eptir annat.

LIII. Cap.

Þat bar her næſt til tiþinda, at ſaudamaþr kom inn með hliódleikom miklom, hann mælti fátt, enn af ſtygd, þat er var, ſyndiz mönnom þannveg hellzt, ſem hann mundi leikinn; þvíat hann fór hiá ſer, oc talaþi vid ſiálfan ſic, oc fór ſva fram um hriþ. Enn er miöc lángt var liþit af vetri, kom ſauþamaþr heim eitt qvelld, geck þá til reckio ſinnar oc lagþiz niþr; enn um morginin, er menn kvamo til hans, var hann daudr, oc var hann grafinn þar at kirkio. Brátt eptir þetta gerþoz reimleikar miklir: þat var eina nótt, at Þórir *Vidleggr* geck út maudſynia ſinna, oc frá dyrunom annann veg; oc er hann villdi inngánga ſá hann ſaudamaþr var kominn fyrir dyrnar; villdi þórir þá inngánga, enn ſaudamaþr ſótti eptir, oc feck tekit han, oc kaſtaþi honom heim at dyrunom. Hönom varþ íllt vid þetta oc komſt þó til rúms ſíns, oc var hann vorþinn kolblár. Af þeſſo tók hann ſótt oc andaþiz, var hann oc grafinn þar at kirkio. Syndoz þeir bádir jafnan ſíþan i einnri ferd ſaudamaþr oc Þórir *Vidleggr*; oc af þeſſo vard fólkit allt óttafult, ſem von var. Eptir andlát Þórirs, tóc ſótt huscarl Þoroddz, oc lá III nætur ádr hann andaþiz; ſíþan dó hverr at ödrom, þartil VII voro látnir

ignes ſederunt domeſtici, diſparuit? Tunc Thoroddus Thore- A. D.
rem Vidleggum, *qvid hoc indicare putaret? interrogavit: at* 1000.
ille lunam eſſe portentoſam regeſſit, eamqve, addit, obitus hominum ſeqvetur. Hoc novi tota iſta hebdomate accidit, ut luna iſta protentoſa, qvovis veſpere domum intraret.

Cap. LIII.

Jam proxime poſt accidit, ut opilio perqvam taciturnus ædes intraret, et pauca, qvæ locutus eſt, indignanter verba jaceret, unde eum malis geniis vexatum eſſe veriſimile videbatur; qvandoqvidem non fuit apud ſe, et ſecum ſolus verba fecit; atqve hæc aliqvandiu ita ſe habuerunt. Adulta multum hyeme, veſpere qvodam domum rediens opilio, lectum aſcendens recubit; ſeqventis autem diei mane cum ad eum venirent domeſtici, obierat: In cæmiterio deinde templi ſepultus eſt. Poſtea freqventes manium inqvietationes ortæ ſunt, accidit qve nocte qvadam ut Thorer Vidleggus, *ad reqviſita naturæ foras exiret, aliamqve a foribus viam progrederetur; at iterum ingreſſurus opilionem ante oſtium veniſſe conſpexit, qvi* Thorerem *ædes intrare tentantem inſecutus eſt, prehenſumqve ad oſtium projecit. Ille his male adfectus eſt (lectum tamen adire valuit,) totoqve corpore lividus evaſit. Morbo hinc contracto obit, et ad templum loci conditur, ſed una ſemper exinde cum opilione obambulare viſus eſt. Hinc, ut exſpectandum erat, omnes domeſtici metu percuſſi ſunt. Poſt obitum* Thoreris *unus domeſticorum* Thoroddi *morbum concepit, tresqve donec obiret noctes decubuit; alter dein poſt alterum diem ſupremum obiit, donec mortui eſſent ſeptemdrum.*

A. D. látnir, var þá komit at jólaföſtu; enn þó var þann tima egi faſt.
1000. at á *Islandi*. Skreiþinne var ſva hlaþit i klefan, at hann var ſva fullr, at egi mátti hurþinne upplúka, oc tók hlaþinn under þvertren, oc varþ ſtiga til at taca, at riúfa hlaþan ofan: þat var eitt qvelld, er menn ſáto vid málellda, at riſinn var ſkreidin, oc þá er til var leitat, fanz þar ecki qvikt. Þat var vetrinn litlo fyrir iól, at Þóroddr bóndi fór út á *Nes* epter ſkreid ſinne, þeir voro VI ſaman á teinæringe, oc voro út þar um nótt. Þat var tiþinda at *Fróðá*, at þat ſama qvelld, er Þóroddr haſþi heiman farit, at málelldar voro gerſir, oc er menn kvamo fram, ſá þeir at ſelshöfot kom upp or elldhusgólfino; heima kona ein kom fyrſt fram oc ſá þeſi tíþindi, hon tóc lurk einn, er lá i dyrunom, oc lauſt i haufot ſelnom; hann geck upp vid hauggit, oc giægþiz uppá árſalin Þórgunno. Þá geck til huscarl, oc barþi ſelin, geck hann upp vid hvert haugg þar til at hann kom upp yfer hreyfana; þá fell húscarl i úvit, urdo þá aller ottafullcr, þeir er vid voro. Þá hlióp til ſveinninn *Kiartan*, oc tóc upp mikla járn drepſleggio, oc lauſt i haufot ſelnom, oc varþ þat haugg mikit; enn hann ſkók haufuþit, oc litaþiz um, let *Kiartan* þá fara hvert at audro enn ſelrinn geck þá niþr vid, ſem hann ræki hæl; hann barþi þartil er ſelrinn geck ſva niþr at hann lamdi ſaman gólfit fyrir ofan haufut honom, oc ſva fór jafnan um vetrin, at aller fyrirburder óttudoz meſt *Kiartan*.

LIV.

drum. Accidit hoc ſub jejunium Jolenſe; ſed id temporis mos A. D.
jejunandi in Iſlandiam *nondum introductus eſt. Strues piſcium* 1000.
ſiccatorum ita congeſta fuit, ut conclave plenum adeo eſſet, ne junua poſſet recludi, ſtrues enim ad trabes transverſarios pertigit, unde ad ſtruem demoliendam, ſcalam adhibere neceſſum fuit. Accidit qvodam veſperi, dum ad ignes coqvinarios ſederunt domeſtici, ut piſcium ſtrues rumperetur; at explorata cauſa nihil ibi vivum inveniebatur. Hac hyeme, paulo ante feſtum Jolenſe, paterfamilias Thoroddus *piſces aridos domum devecturus, ad exteriora promontorii, ſextus ſuorum qvinqvireme profectus eſt, ibiqve noctem transegit. Accidit* Frodáæ, *ut, eodem, qvo domo abierat* Thoroddus, *veſperi, ignes coqvinarii accenderentur, ad qvos domeſtici prodeuntes, caput phocæ e pavimento culinæ emergere viderant: domeſtica qvædam, qvæ prima prodierat, hæc conſpexit: arrepto igitur, qvi in foribus jacuit, fuſte, caput phocæ percuſſit; at illa ad ictum altius emergens in periſtroma* Thorgunnæ *oculos conjecit. Tunc aliqvis domeſticorum accedens phocam verberavit, illa vero, donec pinnæ remiges prodirent, ad qvodvis verber emerſit; qvo viſo domeſticus animi deliqvium paſſus eſt; et ſingulos, qvi aderant, metus occupavit. Juvenis tunc* Kiartan *accurrens, arrepto ingenti, qvo ferrum ſolet duci, malleo, caput phocæ percuſſit, valido ſane ictu, et, ubi illa capite qvaſſato circumſpexit, uno poſt alterum verbere phocam, pali inſtar detruſit nec ictibus deſtitit, donec fugato hoſte pavimentum ſibi reſtitueret; atqve ita hac hyeme ſemper evenit, ut ſingula* Kiartanem *maxime timerent portenta.*

A. D. 1000.

LIV. Cap.

Um morginin er þeir Þóroddr fóro utan af *Neſi* med ſkreidina, tyndoz þeir allir fyrer *Enni*, rak þar upp ſkipit oc ſkreidina undir Ennit; enn líkin fundoz egi. Enn er þeſſi tíþindi ſpurþoz til *Fróðár*, budo þau *Kiartan* oc Þuríðr nábúom ſínom þángat til erfis; var þá tekit jóla öl þeirra, oc ſnúit til erfiſins. Enn et fyrſta qvelld, er menn voro at erfino, oc menn voro i ſæti komnir, þá gengr Þoroddr bóndi i ſkálan, oc förunautar hans aller alvotir. Menn faugnuþo vel Þoróddi, þvíát þetta þótti góþr fyrerburþr; þvíat þá höfþo menn fyrer ſatt, at þá veri mönnom vel fagnat at *Ránar*, ef ſió dauþir menn vitiuþo erfvis ſíns: enn þá var enn lítt afnumin forneſkian, þó at menn veri ſkyrdir oc chriſtnir at kalla. Þeir Þoroddr gengo epter endilaungom ſetaſkála, enn hann var tvídyrdr, þeir gengo til elldaſkála, oc tóko enger mannz qvepio, ſettoz þeir vid elld, enn heimamenn ſtucko or elldaſkálanom, enn þeir Þoroddr ſáto þar epter, þartil er elldrinn var faulnadr, þá hurfo þeir á brótt. fór þetta ſva hvert qvelld meþann erfvit ſtód, at þeir qvamo til elldanna. Her var mart um rætt at erfino; gáto ſumir at þetta mundi aftaka, er lokit veri erfino. Fóro bodsmenn heim efter veizlona, enn þar voro híbyli helldr dauflig efter. Þat qvelld er boþsmenn voro brotto, voro gervir málelldar at vanda; enn er elldar brunno kom Þóroddr inn med ſveit ſína, oc voro allir votir, ſettoz þeir niþr vid elldin, oc tóco at vinda

ſic;

Cap. LIV.

A. D. 1000.

Mane diei, quo ab Neſo *piſces ſiccatos* Thoroddus *devexit, ipſe cum ſingulis comitum ante* Ennum *aqvis ſubmergebatur, ibiqve navis cum onere in ſubjectum promontorio littus ejecta eſt, at cadavera non reperiebantur. Cæterum ut caſus iſte novus* Fródáam *venit,* Kiartan *et* Thurida *vicinos ad parentalia invitarunt; unde cereviſiæ feſto Jolenſi deſtinatæ in uſum convivii parentalis verſæ ſunt. Prima autem, qva parentarunt veſpera, cum convivæ ſedes occupaſſent, herus* Thoroddus *itinerisqve ſocii omnes toto corpore madidi, cubiculum ingrediuntur. Qvos magno cum gaudio convivæ exceperunt, tale ſiqvidem portentum pro bono habebatur. Namqve iſta ætas credidit, apud deam* Ránam *bene fuiſſe exceptos, qvi undis ſubmerſi parentalia ſibi facta inviſerent. Etenim ſuperſtitio nondum fuit exſtirpata, licet incolæ baptizati et verbo tenus Chriſtiani eſſent.* Thoroddus *cum comitibus ſecundum triclinium, quod duas habuit fores, in hypocauſtum tranſiit, neminisqve ſalutatione excepta ad ignes conſedit; ſingulisqve domeſticis præ metu fugientibus, ipſe herus cum ſuis remanſit, et demum exſtincto igne abiit. Atqve hæc qvovis parentaliorum veſperi, eodem modo evenerunt, ut illi ignes freqventarent. Multi de his inter convivas ſermones ſunt habiti; qvidam vero hæc finitis parentaliis abolitum iri conjecerunt. Soluto convivio demum redeuntes convivæ ædes* Fródáenſes *nimis triſtes reliqverunt. Eadem qvo diſceſſerant convivæ veſpera, dum accenſi, ſolito more, ignes coqvinarii arderent;* Thoroddus *ac ſocii ſinguli bene madidi hypocauſtum ingreſſi at ignes conſederunt, veſtibusqve aqvam eas torqvendo excutere coeperunt;*

A. D. 1000. ſic; oc er þeir höfþo nidrſetz, kom inn Þórir *Vidleggr*, oc hans ſveitungar VI, voro þeir allir moldugir, þeir ſkóku klæþi á þá Þórodd. Heima menn ſtucko or elldhúſino, ſem von var at, oc höfþo hverki á því qvelldi liós ne varma af elldinom. Annat qvelld efter var málelldr ger i audro húſi, var þá ætlat, at þeir mundo ſiþr þartil koma, enn þat fór egi ſva, þvíat allt geck med ſama hætti, oc it fyrra kvelldit. Hit þridia kvelld gaf *Kiartan* þat ráð til, at gera ſkylldi lángelld mikin i elldaſkála, enn málelld ſkyldi gera i ödro húſi; oc ſva var gert, oc þá endiz med þvi móti, at þeir ſáto vid lángelld, enn heimamenn vid hin litla elld, oc ſva fór fram um öll jólin. Þá var ſva komit at meirr oc meirr let i ſkreidarhladanom, var þá ſva at heyra nætor ſem daga, at ſkreiþin veri rifin; oc er ſkreidina þurfti at hafa, var þá leitat til hladans, oc ſá maþr er uppkom á hladan ſá þau tiþindi, at upp or hlaþanum kom rófa vaxin ſem nautz rófa ſviþin, hon var ſnaugg ſem ſelhár. Sá Maþr er uppfór á hlaþan, tóc i rófona, oc togadi, hann bad adra menn tilfara med ſer, foro menn þá upp á hlaþan, bæþi konr oc karlar oc togudo rófuna, oc fengo ecki atgert, ſkildo menn egi annat, enn rofan veri daud; oc er þeir togudo ſtrauk rófan or höndom þeim, ſva at ſkinnit fylgþi or lofom þeirra er meſt höfþo átekit, enn vard egi vart vid rófona, var þá ſkreiþin uppborinn, oc var þar hverr fiſkr or roþi rifin, ſva at þar beid enginn fiſk i þegar niþr ſótti i hlaþan, enn þar fanſt engi lutr qvikr i laþanom. Næſt þeim tíþindom tóc ſótt Þorgrima *Galldrakinn* kona Þórers *Vidleggs* hon lá litla hríd áþr hon andadiz, oc hit

ſama

at ubi ſedes occuparant Thorer Vidleggus *ac ſocii ſinguli pul-* A. D.
verolenti hypocauſtum intrarunt, pulveremque e veſtibus in Tho- 1000.
roddum *ejusque comites excuſſerunt. Domeſtici ut exſpectandum erat, aufugientes ea veſpera nec luce nec calore ignis fruebantur. Proximo poſt veſperi ignes coquinarii in alia domo accenſi ſunt, quod illuc minus venturos crederent domeſtici, ſed fruſtra, quoniam eodem, ac primo veſperi, modo, evenerunt omnia, utrique nimirum ignes adierunt. Tertia veſpera id conſilii dedit* Kiartan, *ut ingens in culina ignis in longitudinem erectus, coquinarius autem in alia domo accenderetur; id quod eo quidem eventu factum eſt, ut lemures ad ignem longum, domeſtici vero ad minorem ſederent, quod per totum feſtum Jolenſe tali modo duravit. Et tunc res eo venerat, ut majores indies in ſtrue piſcium turbæ audirentur, eamque discerpi nocte dieque audire liceret; et cum ad uſus domeſticos piſcibus opus eſſet, ſtruem aggreſſi ſunt domeſtici, quorum, qui primus aſcendit, iſtum caſum conſpexit, ut e ſtrue cauda ad formam bovinæ aduſtæ, pilis minutis, phocinis ſimilibus, emerſiſſet. Hanc, qui ſtruem aſcenderat, prehenſam trahere tentavit, aliosque in auxilium provocavit: aſcenſa igitur ſtrue et mulieres et viri, caudam traxerunt, ſed fruſtra, unde exanimem eſſe conjecerunt. At trahere connixis cauda e manibus elapſa, cutem e volis eorum, qui plurimas vires adhibuerant, avulſit, poſtea tamen non reperta. Piſces deinde molita ſtrue luſtrabantur, quo facto inventum eſt cutem a carne piſcium detractam eſſe et in parte ſtruis inferiori nullam carnem ſupereſſe etiamſi nihil vivum reperiri poſſet. Proxime poſt hæc nova,* Thorgrima Galldrakinna, Thoreris Vidleggi *vidua morbo contracto, antequam obiret, pauliſper decubuit, atque eadem, qua ſe-*

A. D. 1000. ſama qvelld ſem hon var jördot, ſázt hon i liþi med Þóri bónda ſínom; þá endrnyiadi ſóttina i annat ſinn þá er rófann hafþi ſynz, oc andaþiz þá meirr konr enn karlar, letoz þá enn VI menn i rídinne, enn ſumt flyþi fyrer reimleikom oc aptrgaungum. Um hauſtit hafþi þar verit XXX hióna, enn XVIII önduðoz, enn V ſtucko i brotto, enn VII voro epter at Góa.

LV. Cap.

Enn þá er ſva var komit undrom þeim, var þat einn dag, at *Kiartann* fór inn til *Helgafellz* at finna *Snorra* Goþa módrbródr ſin, oc leitaþi rádz vid han, hvat at ſcylldi gera undrom þeim er yfer voro komin. þá var kominn preſtr ſá til *Helgafellz*, er *Gizor Hviti* hafþi ſent. *Snorri* Goþi ſendi preſtin út til *Fródár* med *Kiartani*, oc Þord *Kauſa* ſon ſin oc VI menn ádra, hann gaf þau rád til, at brenna ſcylldi árſal Þórgunno; enn ſækia þá men alla í dyradómi, er aptr gengo, bad preſt veita þar tíþer, vígia vatn oc ſkrifta mönnom. Þeir kvöddo men af næſtom bæiom med ſer um leid, oc kvamo um qvelldit til *Frodár* fyrir Kyndilmeſſo i þan tíma er málelldar voro gervir. Þá hafþi Þuridr husfreyia tekit ſótt, med þeim hætti, ſem þeir er látiz höfþo, *Kiartan* geck inn þegar, oc ſá at þeir Þoroddr ſáto vid elld, ſem þeir voro vanir; *Kiartan* tóc ofan árſalinn Þorgunno, geck ſíþan i elldaſkála tóc glód af elldi oc geck út med, var þá brendr allr reckio búnadrinn, er Þórgunna

fuerat veſperi maritum Thorerem *comitari viſa eſt. Poſtquam apparuerat cauda, peſtis altera vice recruduit, qua magis mulieres quam viri occubuerunt, adeo ut in hoc impetu domeſticorum ſex obirent: quidam vero præ lemuribus, manibusque aufugerunt. Fuerant hoc autumno* Frodáæ *domeſtici operarii triginta, quorum octodecim obiere, quinque vero aufugerunt, adeo ut ineunte menſe* Góa *ſeptem ſuperſtites eſſent.* A. D. 1000.

Cap. LV.

At cum iſthæc prodigia eo deveniſſent, quodam die Kiartan, *avunculum ſuum, Pontificem* Snorronem *conventurus,* Helgafellum *iter fecit, quem, quo modo, quæ irruiſſent prodigia, avertenda eſſent, conſuluit. Venerat id temporis* Helgafellum *miſſus a* Gizure Albo *Sacerdos: hunc Pontifex* Snorro *nec non filium ſuum* Thordum Kauſium *ſexque alios cum* Kiartane, Frodáam *miſit, additis conſiliis, ut periſtroma* Thorgunnæ *igne combueretur; ſingulis vero, quorum manes turbas excitaſſent, ad judicium in oſtio conſtituendum actio intenderetur. Sacerdotem præterea, ut ſacra perageret, aquam conſecraret, domeſticorumque confeſſionem audiret, rogavit. Viris deinde a villis, quæ in via fuere, ad iter ſecum vocatis* Frodáam *Vigilia* Feſti Cadelarum, *hora qua accenſi fuerunt ignes coquinarii, venerunt. Tunc materfamilias* Thurida, *eodem, ac qui obierant, modo morbum ceperat.* Kiartan *mox ingreſſus,* Thoroddum *ac comites more ſolito ad ignes ſedere conſpexit:* Thorgunnæ *igitur periſtromate refixo, hypocauſtum intravit, aſſumtaque de ignibus pruna, foras exiit, ubi totus, quem poſſederat* Thor-

gunna

A. D. 1000. *na* haſþi átt. Eptir þat ſtefndi *Kiartan* Þ*ori Vidlegg*, enn Þ*ordr Kauſi* Þ*óroddi* bónda; um þat at þeir gengi þar um hybyli ólofvat, oc firdi men bæþi lifi oc heillom; öllom var þeim ſtefnt er vid elldin ſáto. Síþan var nefndr dyra domr, oc ſagþar fram ſakar, oc farit at öllom málom, ſem at þínga domom; voro þar kvider borner, reifd mál oc dæmd. enn ſíþan er dómsordi var álokit um Þ*ori Vidlegg*, ſtóþ hann upp oc mælti: ſetit er nú meþan ſætt er: epter þat geck hann út þær dyr ſem dómrinn var egi fyrirſettr. þá var lokit dómsordi á ſaudaman; enn er hann heyrþi þat, ſtóþ hann upp oc mælti: fara ſkal nú, oc hygg ec at þó væri fyrr ſæmra. Enn er Þ*orgryma Galldrakinn* heyrdi at dómsordi var a hana lokit, ſtóþ hon upp, oc mælti: verit er nú meþan vært er. Síþan ſótto þeir hvern at ödrom, oc ſtóþ ſva hverr upp ſem dómr fell á, oc mælto allir nockot er útgengo: þat fanz á hvers orþom, at naudigr loſnadi. Síþan var ſókn felld á Þ*órodd* bónda, oc er hann heyrdi þat, ſtóþ hann upp oc mælti: fátt hygg ec her friþa, enda flyiom nú allir: geck hann þá út epter þat. Síþan gengo þeir *Kiartan* inn, bar preſtr þá vígt vatn, oc helgadóma um öll hús, oc ſang efter um dagin tíþer allar, oc miöc hátíþliga. oc epter þat tókoz af aptrgaungor allar at *Fródá*, oc reimleikar; enn Þ*urídi* batnaþi ſóttarinnar, ſva at hon varþ heil. Um vorit epter undor þeſſi tóc *Kiartan* ſer hión, oc bió at *Fródá* lengi ſíþan oc varþ hinn meſti garpr.

LVI.

gunna, *lecti ornatus combuſtus eſt.* Kiartan *deinde* Thoreri Lignipedi; Thordus *autem* Kauſius *hero* Thoroddo, *actionem intenderunt, qvod omnibus invitis, ædes pervagati domeſticos vita ac ſanitate privaſſent. Omnibusqve, qvi ad ignes ſederunt dica dicta eſt. Conſtituto deinde in oſtio ædium judicio, cauſæ prolatæ, omniaqve modo in judiciis forenſibus uſitato peracta; lata nimirum teſtimonia, cauſæ repetitæ, ac dijudicatæ ſunt. At cum ſententia de* Thorere Lignipede *eſſet pronunciata, ipſe ſurgens, hæc verba fecit: Sedi, dum ſedere licuit. Fores deinde, in qvibus judicium non erat conſtitutum egrediebatur. Judicium poſtea de opilione prolatum; qvod cum audiret, ſurrexit, dicens: eundum jam, prius tamen decentius fuiſſe judico. At* Thorgrima Galldrakinna *cum judicium de ſe ferri audiret, ſurgens in hæc prorupit: Manſi ego, dum manere licuit. Alii deinde poſt alium actio intenſa; et qvisqve, ut judicium erat prolatum, ſurgens aliqvid locutus eſt. Aſt e verbis ſingulorum, invitos diſcedere, compertum eſt. Actio deinde in patremfamilias* Thoroddum *inſtituta eſt, qvam cum audiret, ſurgens in hæc prorupit. Pacem hic abeſſe video, nos igitur ſinguli fugiamus; qvibus dictis, foras exiit.* Kiartane *deinde cum comitibus ingreſſo, Sacerdos aqvam conſecratam resqve ſacras per ſingulas ædes portavit, et eodem die omnia ibi ſacra, miſſamqve ſolennem cecinit. Qvo facto cunctæ ibi lemurum oberrationes evanuerunt;* Thuridaqve *e morbo reſtituta ſanitatem recepit. Proximo poſt hæc prodigia vere,* Kiartan *operariis conductis, longum exinde tempus* Frodáæ *habitavit, inſignisqve heros evaſit.* A. D. 1000.

A. D.

LVI. Cap.

Snorri Goði bió at *Helgafelli* átta vetr síðan er Kristni var lögtekin á *Islandi:* þan vetr bió hann þar síðarzt, er *Styr* magr hans var drepinn a *Jörva* i *Flissóhverfi*. *Snorri* Goði fór
1008. eptir likino suðr þángat, oc geck hann i dyngiuna at *Styr* í *Hrossabollti*, þá er hann hafði ádr uppsezt, oc hellt um midia dóttr bónda. Þat vor skipti hann um laund vid *Gúdrono Osvífrsdóttr*, oc færdi *Snorri* þá bú sitt i *Tungo* i *Sælingsdal:* þat var tveim vetrom epter víg *Bolla* Þolleiksſonar bónda *Gúdrúnar*
1009. *Osvifrsdottr*) þat sama vor fór *Snorri* Goði suðr til *Borgarfiardar* i mála tilbúnat epter víg *Styrs* vid CCCC manna; þar var i ferd þá med hönom *Wermundr* hinn *Mióvi* broder *Styrs*, hann bió þá i *Vatzfyrdi*, þar var oc *Steinþórr* af *Eyri*, oc Þóroddr Þórbrandzſon or *Alftafidi;* Þorleikr *Brandzſon* or *Krossnesi*, brodrſon *Styrs*, oc margir adrir virðinga menn; þeir kvomuz hit lengsta sudr til *Hvítár* at *Haugsvadi* gegn *Bæ*. Þar var fyrer sunnan ána *Illhugi Svarti*, *Kleppr* hinn *Gamli*, Þorsteinn *Gislaſon*, *Gunnlaugr Ormstunga*, Þorsteinn Þorgilsſon or *Hafrsfiardarey*, hann átti dóttur (k) *Illhuga Svarta;* margir voro þar oc adrer virðirga menn, oc höfðo meir enn D manna. Þeir *Snorri* Goði náðo egi at ríða suðr yfer ána, oc höfðo þar fram málit, er þeir qvamo framaz, sva at þeim var óhætt, oc stefndi *Snorri Gesti* um víg *Styrs:* enn þessi sömo mál ónytti Þorsteinn *Gis-*

(k) *Vidiſ.* Wolfenb.

Cap. LVI.

A. D.

Snorro *Pontifex* Helgafelli, *octo poſt receptum in* Iſlandia *Chriſtianismum hyemes habitavit. Ea hoc prædium ultima hyeme incoluit, qva* Styr *ſocer ejus* Jörvi *in* Fliſſuhverfo *occiſus* 1008. *eſt. Ille transvehendi funeris cauſa illuc verſus auſtrum iter fecit, et* Hroſſholti Styrem, *ubi in Gynecæo filiam heri mediam amplexus eſt, acceſſit. Proximo vere, mutato cum* Gudruna 1009. Osvifi filia *fundo, rem familiarem,* Tungam *in* Sælingsdalo *transtulit; (id qvod duabus, poſt cædem* Bollii Thorleikſonii, *mariti* Gndrunæ Oſvifi filiæ, *hyemibus accidit), et cauſam de cæde* Styris *inſtitutum, auſtrale in* Borgarfiördum *iter fecit*, CCCC *viris ſtipatus. Eum tunc comitabantur, frater cæſi*, Vermundus Tener, *qvi* Vatnsfiördum *tunc incolebat, nec non* Steinthor *de* Eyra *et* Thoroddus Thorbrandi *ex* Alftafiordo, Thorleikus Brandi *de* Kroſſneſo, Styris *ex fratre nepos, multiqve alii viri nobiles. Illi non ulterius pervenerunt, qvam ad amnis* Hvitaa *vadum, dictum* Haugsvad, *e regione prædii* Bæ. *Ubi in auſtrali amnis ripa conſtitutus erat* Illhugius Niger *cum* Kleppo Grandævo, Thorſteno Giſli filio, Gunnlaugo Vermilingve, Thorſteno Thorgilſi *de* Hafursfiardarey, *qvi filiam* Illugi Nigri *duxerat, multisqve aliis nobilibus viris, ita ut numerus qvingentos excederet. Pontifex igitur* Snorro, *ut cum ſuis amnem ſuperare non potuit, cauſam contra adverſarios, e loco, ubi eos proxime tuto, licitum erat accedere, proſecutus*, Geſtum *de cæde* Styris *in judicium citavit.* Thorſtenus *vero* Giſlavi *filius in comitiis*

(*) Vigdiſam. Gvelpherb.

A. D. *Gislaſon* fyrir *Snorra* Gopa um ſumarit á Alþingi. Þat ſama
1009. hauſt reid *Snorri* Gopi ſuþr til *Borgarfiardar*, oc tók af lífi Þorſtein *Gislaſon* oc *Gunnar ſon* hans; þá var enn *Steinþór* af *Eyri* med honom, oc Þóroddr Þórbrandzſon, (b) *Brandr Hauſkulldzſon*, Þorleikr *Brandzſon*, oc allz voro þeir (c) XX. Um
1010. vorit epter fundoz þeir á Þorsneſſþingi *Snorri* Gopi oc Þorſtein or *Hafrsfiardarey*, magur *Illhuga Svarta*. Þorſteinn var ſon Þorgils Þorfinnzſonar, *Selþóris ſonar* frá *Raudamel*, enn móder hans var *Audr* dotter *Alfs* or *Dölom*, oc var Þorſteinn ſyſtrungr Þorgils *Araſonar* af *Reykiaholum*, oc Þorgils *Haullufonar* oc Þorgeirs *Havardzſonar* oc *Bitro Odda*, oc *Alftfirdinga*, Þorleifs *Kimba* oc þeirra Þórbrandzſona. Þorſteinn hafþi búit mál mörg til þorsneſſþings, oc var þat einn dag i þingbrecko, at *Snorri* Gopi ſpurþi, ef Þorſteinn hefþi þángat búit mál mörg til þings? Þorſteinn qvadz búit hafa þángat nockor mál. *Snorri* mælti: nú manto vilia, at ver greiþom ſva mál med þer, ſem þer *Borgfirdingar* greiddot vor mál i fyrra ſumar? Ecki fyſizt ec þeſſ ſegir Þorſteinn. Enn er *Snorri* Gopi hafþi þetta mælt, lögþo þar til ſtórþúngt ſynir *Snorra* Gopa, oc margir adrir frændr *Styrs;* ſaugdo at Þorſteine ſkylldi ſá beztr, at þar felli hvert mál, ſem comit var: ſaugdo hitt þó makligra at hann gylldi ſiálfan ſic fyrir ſvívirþing er þeir *Illhugi* mágr hans haufþo gert til þeirra it fyrra ſumarit. Þorſteinn ſvarar her ſá til, oc gengo menn vid þat af þingbrecko. Þorſteinn oc frendr hans *Raudmelingar* haufþo þar ſamt allir miçla ſveit, enn er til dóms ſcylldi ganga, biózt Þorſteinn til at hafa fram mál

(b) *Bárdr* Gv. Iþherb. 448.

(c) XV. Gvelþherb. 442.

generalibus ſeqventi æſtate celebratis actionem a Snorrone *inſtitutam penitus eliſit. Eodem autumno* Snorro Pontifex *ad* Borgarfiördum *verſus auſtrum profectus* Thorſtenum Giſlavi *cum* Gunnare *filio e vivis ſuſtulit. Eum adhuc ſeqvebantur* Steinthor *de* Eyra, Thoroddus Thorbrandi, Brandus Hauſkuldi, *et* Thorleikus Brandi: *omnesqve viginti erant. Vere ſeqventi* Snorro *Pontifex et* Thorſtenus *ex* Hafursfiardarey, *gener* Illhugi Nigri *in foro* Thorsneſenſi *convenerunt. Fuit* Thorſtenus *filius* Thorgilſi, *nepos* Thorfinni, *filii* Selthoreris *de* Raudamelo, *matre natus* Auda *filia* Alfi *de* Dalis, *unde ſobrinus erat* Thorgilſi Aræſonii *de* Reikiaholis, Thorgilſi Haullæfilii, Thorgeyris Havardii *et* Bitræ Oddi *nec non* Alftfiördenſium, Thorlevi, *puta*, Kimbii, Thorbrandiqve *filiorum. Multas ille in judicium* Thorsneſenſe *cauſas inſtituerat, unde* Snorroni *die qvodam ex clivo Judicii; utrum multas ad forum cauſas detuliſſet? percontanti, aliqvot ſe actiones inſtituiſſe regeſſit. Tunc* Snorro, *jam, inqvit; tuas nos ita lites ſublevare cupies, ac vos* Borgfiördenſes *noſtras, æſtate priore, cauſas expediiſtis? qvod* Thorſtenus *ſe minime geſtire reſpondit. Qvibus dictis* Snorronis *filii, aliiqve* Styris *cognati, verbis graviſſimis uſi ſunt, dicentes, ſic res* Thorſteni *pulcherrime agere, ſi lites in eo, qvo jam verſarentur, cardine, deciderent: dignius tamen eſſe ut ignominiam, qva priori æſtate, cum* Illhugo *ſocero ſuo, eos affecerat, ipſe lueret Hæc* Thorſtenus *paucis excepit, atqve ita a clivo judicii diſceſſum eſt.* Thorſtenus *ac cognati* Raudmelenſes, *ſinguli freqventes in foro comparuerunt, et ubi judicia adeunda erant, omnes, qvas illuc* A. D. 1009. 1010.

(*) XV. Gvelpherb.

A. D. 1010. mál þau aull, er hann hafði þángat búit. Oc er frændr *Styrs*, oc teingda menn viſſo þat, vopnudoz þeir, oc gengo á milli dóms oc *Raudmelinga*, er þeir villdo gánga at dóminom. Tócz þá bardagi med þeim, Þ*orſteinn* or (n) *Hafrsfiardarey* geimdi ecki annars, enn ſækia þar at ſem fyrir var *Snorri* Goði: Þ*orſteinn* var bæði mikill maðr oc ſterkr, oc rauſkr til vapns. Enn er Þ*orſteinn* ſótti faſt at *Snorra;* þá lióp fram fyrer han *Kiartann* frá *Fróðá*, ſyſtrſon hans, bördoz þeir Þ*orſteinn* tveir lengi, oc voro þeirra vapna ſcipti miöc hardſceitt. Epter þat kvamo til beggia viner, oc gengo millom, oc kvamo á gripom. Eptir bardagan mælti *Snorri* vid *Kiartan* frenda ſin; frammſótter þú nú miöc i dag *Breidvikíngrinn*. *Kiartan* ſvarar helldr reidugliga, egi þarfto at bregða mer ætt minne, ſeger hann. I bardaga þeſſom fello af Þ*orſteine* (o) VII menn, enn margir urdo ſárir af hvarom-tveggiom. Málom þeſſom var þar ſlegit i ſætt þegar á þíngi, oc var *Snorri* Goði ófúsarr i öllom ſáttmálom, þvíat hann villdi egi, at þeſſi mál kæmi til alþingis, þvíat þá var egi fæzt enn á víg Þ*orſteins Gislaſonar*. Þóttiz hann þó ærit eiga at ſvara á alþingi at ei veri þeſſi mál at kæra. Um þeſſi tiþindi öll ſaman, víg Þ*orſteins Gislarſonar* oc *Gunnars ſonar* hans, oc ſíðan um bardagan á Þ*órneſſþingi*, orti Þ*orniódr Trefilſſon* í *Rafnmálom* viſo þeſa:

(a) Meirr

(n) or Eyio Gvelpherb.

(o) VI. Gvelpherb.

inſtituerat cauſas, agere propoſuit. Qvod ubi cognati affines- A. D.
qve Styris *noverunt, armis arreptis, inter locum judicialem* 1010.
et Raudamelenſes, *judicium accedere conantes, proruerunt. Acris mox pugna oritur*; *nec* Thorſteinus *de* Hafusfiardarrey *aliud curavit, qvam partem impetere, in qva* Snorro *dimicabat: erat autem vir ſtatura ac robore inſignis, ſtrenuusqve miles. At ubi* Snorronem *acerrime aggreditur, ante eum procurrens* Kiartan *de* Fródá, *ejus ex ſorore nepos, diu cum* Thorſteno *ſolus pugnavit: qvod certamen qvam maxime fuit vehemens. Utriusqve deinde amici, illuc advenientes inter ceſſerunt, induciasqve impetrarunt. Finito certamine* Snorro *Pontifex cognatum ſuum* Kiartanem *his allocutus eſt: Tu, inqvit,* Breidvicenſis *multum hodie certaſti. Ad qvæ* Kiartan *iracundus regeſſit: Non eſt, inqvit, qvod genus meum mihi objicias. Hac in pugna e* Thorſtenianis *ſeptem ceciderunt, multis utrinqve vulneratis. Iſthæc cauſa in foro ſtatim ad transactionem deducta eſt,* Snorroqve *Pontifex in ſingulis cauſis minus rigidum ſe exhibuit, qvod litem hanc ad forum generale pervenire noluit; qvoniam de cæde* Thorſteni Giſlaſonii *nondum erat transactum, unde ſat ſibi in Comitiis generalibus negotiorum incumbere ſentiebat, utut hæc non ageretur cauſa. De omnibus hiſce caſibus, cæde nimirum* Thorſteni Giſlaſonii, *ejusqve filii* Gunnaris, *ac ſecuta pugna in judicio* Thorsneſenſi, Thormodus Trefilli *filius in oda* Rafnsmális *hoſce verſus cecinit:*

Poſtea

A. D. (a) Meirr (b) va enn (c) módbærri
menn at hiörſennu
tynir (d) tior Rínar
(e) tva fyrir á ſunnan.
Lágu (f) ſiö (Sex) ſidan,
Slíks eru (g) iarteignir
(g) gifs (gifrs) á Grundneſi,
gumnar (h) fiörnumnir.

Var ſkilt i ſætt þeirra, at *Þorſteinn* ſkylldi fram hafa mál ſin öll á *Þorsneſſþinge*, ſem hann hafþi þangat tilbodit, enn ſumarit
1010. á alþíngi var ſæzt á víg *Þorſteins Gíslaſonar* oc *Gunnars ſonar* hans, repoz þá til utannferdar þeir menn er til víganna höfÞo verit med *Snorra* Goþa. Þetta ſumar tóc *Þorſteirn* or *Hafsfiardarey*, *Raudmelinga* Goþord á *Þórsneſſþinge*, þvíat hann þóttiz því aflvani orþit hafa fyrer *Snorrungom*, toko þeir frændr þá upp þíng i *Straumsfirdi*, oc helldo þat lengi ſíþan.

LVII.

(a) mier. N. G.

(b) vo D. L. vann. F. N. P. G.

(c) modbarri B.

(d) tior. S. tiorevnar C. tiorrínar F. tyorræner E. N. tyar P. tiorrænir B. G. tinor reynas. D. tier H.

(e) tun P.

Poſtea occidit animoſus A. D.
viros pugnando
vir auri perditor
duos auſtrum ab amne (*Hvíta*) *verſus.*
jacebant deinde Septem, (*Sex*)
apparentibus veſtigiis,
in Grundneſia, *ejus facinoris,*
viri vita privati.

Ea in transactione conditio adjecta eſt, *ut* Thorſtenus *in foro* Thorsneſenſi, *omnes*, *qvas illuc inſtituerat*, *actiones proſeqveretur. Seqventi autem æſtate*, *de cæde* Thorſteni Giſlonii 1010.
ejusqve filii, Gunnaris, *transactum eſt*, *ea conditione*, *ut viri*, *qvi cum* Snorrone *Pontifice cædibus interfuerant*, *peregre irent. Hac æſtate* Thorſtenus *de* Hafursfiardarey, *Pontificatum* Raudmelenſem *in foro* Thorsneſenſi *ſuscepit*, *qvo tamdiu*, *præ vi* Snorronianorum *caruiſſe ſibi videbatur. Ipſe deinde cum cognatis locum fori in* Straumsfiördum *transtulit*, *ibiqve diu poſtea illud celebravit.*

CAP.

(f) ſex B. F. N G. H.
(f) jarteinir B. F. N.
(g) gifrs — grandneſi B. F. N. P. G. H.
(h) fiör naumir B.

A. D.

LVII. Cap.

Enn er *Snorri* Goði hafði sá vetr búit i *Sælingsdalstungo*, þa bió sá maðr á *Eyri* i *Bitro* norðr, er *Ospakr* het, hann átti son þan (p) er *Glumr* het, oc var úngr i þan tíma. *Ospakr* var son *Kiallaks* frá *Kiallaksá* af (q) *Skriðinsenni; Ospakr* var maðr mestr oc sterkaztr, hann var ópockasæll, oc hinn mesti ójafnadarmaðr, hann hafði méd sér Karla VII edr VIII, oc voro þeir miöc sakgiæfir vid menn þar nordr, höfðo þeir jafnan skip fyrer landi, oc tóco af hvers manz eign edr rekom þat er þeim syndiz. *Alfr Litli* het maðr, hann bió i *Þambárdal* i *Bitro*; hann átti vel fe, oc var hinn mesti (r) madr i búi sino: hann var þingmaðr *Snorra* Goða, oc vardveitti reka hans út under (s) *Gudlaugshaufða*. *Alfr* þóttiz oc kenna kulda af *Ospaki*, oc hans felögom, oc kærdi þat jafnan fyrir *Snorra* Goða, þá er þeir fundoz. *Þórir* (t) *Gullhardarson* bió þá i *Tungo* i *Bitro;* hann var vinr *Stullo* þiódrecssonar, er *Vígastulli* var kallaðr, hann bió á *Staðarhóli* i *Saurbæ*. Þórir var gilldr bóndi, oc var fyrir mönnom um *Bitruna*, hafði hann oc varðveizlo á rekom *Stullo* nórdr þar. Þeir *Ospakr* oc Þórir elldo opt grátt silfr, oc veitti ymsom lettara; var *Ospakr* fyrirmaðr út þar um *Krossárdal* oc *Ennit*. Þat var einn vetr at snemma kom á vetrarríki mikit, oc gerði þegar jardbaun þar um *Bit-*

runa,

(p) vid konofinne 445.

(q) Skridnisenni Gvelpherb. Skeidnesenni 445. Skridneseyre. 442.

(r) mostumadr at mat. Gvelpherb. moldumadr at mat 445.

(s) *Gudlaugshöfda* Gvelpherb. 442 -45 -48.

(t) *Gullbedarson* Gvelph. Gullbiarnarson 442. 45.

Cap. LVII.

A. D.

Sed ubi Pontifex Snorro Sælingsdalstungam *paucas hyemes incoluerat, ſitæ, in tractu borealis quadrantis,* Bitra, Eyræ *vir habitavit nomine* Oſpakus, *qvi filium habuit* Glumum *ætatis eo tempore nondum maturæ. Erat* Oſpakus *filius* Kiallaki *de* Kiallaksá *ad promontorium* Skridinsenni, *vir aliis ſtatura ac robore ſuperior, at inviſus ſimul et iniqviſſimus: ſeptem vel octo ſecum viros habuit, cum qvibus incolæ tractus illius borealis multas cauſas habuerunt, quod navem ſemper in portu tenerent, qva, de bonis cujusvis, vel aliis, qvæ in littus ejecta ſunt, qvæ placuere, raptim abſtulerunt. Nomen erat viro* Alfus, *cognomen vero* Parvus, *qvi prædium* Bitræ Thambárdalum *incoluit: is bonorum copia valens, remfamiliarem qvam lautiſſimam habuit.* Snorronis *Pontificis curialis fuit, et qvam ille poſſidebat littoris partem, circa* Gudlaugshöfdum, *cuſtodivit.* Alfus *etiam ab* Oſpako *ejusqve ſociis incommoda capere ſibi viſus eſt, id qvod* Snorroni *Pontifici, qvotiescunqve convenerunt, qveſtus eſt.* Thorer Gullhardi *filius id temporis* Tungæ *in* Bitra *habitavit, amicus* Sturlæ Thiódrekſonii, *dicti* Vígaſturlæ (*multorum occiſoris*) *incolæ* Stadarholi *in tractu* Saurbæenſe. Thorer *lauta refamiliari uſus incolis* Bitræ *præfuit, littoraqve* Sturlæ *in tractu iſto boreali propria cuſtodivit.* Oſpako Thoreriqve *multæ ſæpius ſimultates interceſſerunt, in qvibus jam hic, jam ille, ſuperiorem obtinuit partem*; Oſpakus *incolis ſiti in partibus exterioribus* Kroſſardali, Enniqve *præfuit. Accidit qvadam hieme, ut præ nivis violentia mature irruente, pecora in tractu* Bitrenſi *a paſtu arceren-*

A. D. *runa*, toko menn þá af lát ſtór, enn ſumir rako fe ſit um heiþi. Þetta ſumar áþr hafþi *Oſpakr* látit gera virki á bæ ſínom á *Eyri*, þat var örugt vígi, ef menn veri til varnar. um vetrin á *Góa* kom ríd mikil, oc hellzt hon viko, þat var norþannvedr mikit, enn er afletti hríþinne, ſá menn, at hafís var atkominn, allt hit ytra, enn þá var íſinn egi kominn inn i *Bitruna;* foro menn þá at kanna fiöror ſínar. Enn frá því er at ſegia, at út frá *Stiko* á milli *Gudlaugshöfþa* rak upp reiþi mikla. I hval þeim átto meſt *Snorri* Goþi oc *Stulla* Þiódrekſſon. *Alfr* inn *Litli*, oc enn fleiri bændr átto þar nockot í. Menn fóro til þar um *Bitruna*, oc ſkáro hvalin, eptir tilſkipan Þ*orirs* oc *Alfs*, oc er menn voro at hvalſcurdinom, ſá þeir at ſcip reri handan um fiördin frá *Eyri*, oc kendo, at þat var tólfæringr mikill er *Oſpakr* átti. Lendo þeir þar vid hvalin, gengo þar upp XV menn alvapnadir; oc er *Oſpakr* geck á land, kom hann at hvalnom, oc ſpyrr hverr fyrer hvalnom reþi? Þ*órir* ſagþi at hann reþi fyrer þeim er *Stulla* átti, enn *Alfr* fyrer þeim er hann átti, ſva oc fyrer þeim er *Snorri* Goþi ásti; enn þá rædr hver fyrer ſínom lut annarra bænda. *Oſpakr* ſpyrr hvat þeir vili fá honom af hvalnom? Þ*órer* ſvarar; ecki vil ec fá þer af þeim lut, er ec ſcal annazt; enn veit egi nema bændr vili ſelia þan er þeir eigo; eda hvat ſcal vidgefa? veizto þat Þ*ori*, ſegir *Oſpakr*, at ec em egi vanr at kaupa hval at ypr *Bitrumönnum*. þat er mer þó von, ſagþi Þ*órir*, at þú fáir engan ókeyptan. Hvalr lá i Kaus ſá er ſkorinn var, oc var engom ſcipt. *Oſpákr* bad ſína menn gánga til,

cerentur, unde incolæ partem perdiderunt, partem in tes- A. D.
qva agere coacti ſunt. Æſtate proxime elapſa Oſpakus *ædes* Eyræ *aggere cinxerat, tuto, ſi adeſſent, qvi id tuerentur, propugnaculo. Hac hyeme menſe* Góa, *multa procella orta, totam hebdomadem cum inmani ab aqvilone ventorum vi duravit, qva demum ſedata, glacies ex oceano, exteriora ſinus occupaſſe,* Bitram *autem nondum intraſſe, conſpecta eſt; unde incolæ littora perluſtratum ierunt. Id vero referendum, inter* Stykam *et* Gudlaugshöfdum *in littus ejectam eſſe balænam, cujus maximam partem Pontifex* Snorro, Sturlaqve Thiódreki *poſſederunt: ad* Alfum *præterea* Parvum, *aliosqve colonos portio ejus aliqvanta pertinuit. Incolæ igitur* Bitrenſes *balænam laniare juſſu* Thoreris *et* Alfi *aggreſſi ſunt; et dum in partes illam ſecant, navem a ſita in oppoſito latere ſinus* Eyra, *remis ad ſe agi conſpexerunt, qvam ingentem* Oſpaki *ſexremem eſſe noverunt. Cujus vectores appulſa ad balænam navi terram conſcenderunt; et* Oſpakus, *ubi in ſiccum venerat, ad balænam accedens, qvis ei præeſſet interrogavit? Et* Thorer *reſpondit: portioni, qvæ mihi et* Sturlæ *eſt,* Atlius *autem propriæ, et qvam* Snorro *tenet, præſumus; ſuas reliqvæ colonorum ſinguli tuentur.* Oſpako *deinde qvid ſibi de balæna tradituri eſſent percontanti* Thorer *iterum regeſſit: nihil tibi de curanda mihi portione tradam; ſed neſcio an coloni, qvæ ipſi poſſident, vendere tibi velint: at qvo redimas? Adhæc* Oſpakus; *Noſti, inqvit,* Thorer, *mihi non eſſe morem a vobis* Bitrenſibus *balænam emere. At ego, regeſſit* Thorer; *nihil te gratis accepturum ominor. Laniena balænæ, qvæ exſecta fuit, in acervum erat congeſta, nec qvicqvam adhuc diviſum.* Oſpakus *itaqve ſuos accedere,*

A. D. til, oc bera hvalin út á ſkipit. Þeir vid hvalin voro, höfþo fátt vapna, nema öxar þær, er þeir ſkáro hval med. oc er Þóri ſá, at þeir *Oſpakr* gengo til hvalſins, het hann á menn at þeir ſkylldo egi láta rænazt; liópo þeir þá til ödrom megin, gengo þeir þá frá hinom óſkorna hvalnom, oc varþ Þórir ſkiótaztr, ſneri þegar *Oſpákr* honom ímóti, oc lauſt han med Öxar hamri kom höggit vid eyrat, oc fell hann þegar i óvit; enn þeir er hönom voro næſtir, tóco til hans, oc kipto hönom at ſer, oc ſtópo yfer hönom meþan hann lá i óvitino, enn þá varþ hvalrinn egi variþr, þá kom at *Alfr* hinn *Litli*, oc bád þá egi taca hvalin. *Oſpakr* ſvarar: far þú egi til *Alfr*, ſeger hann, þú hefer haus þunnan, enn ec hefe öxi þúnga, mun ferd þín verri enn Þóris, ef þú gengr feti framarr. Þetta heilræþi er honom var kent, hafþi *Alfr*. Þeir *Oſpakr* báro hvalin á ſcipit, oc höfþo þat gert áþr Þóri vitkadiz; enn er hann viſſi hvat títt var, ávítadi hann ſína menn, at þeim tækiz óvirþiliga, er þeir ſtópo hiá, er ſumir voro ræntir, enn ſumir bardir: lióp Þórir þá upp. Enn *Oſpakr* hafdi þá flotat ſcipino oc leto fra landi, rero ſíþan veſtr yfer fiördin til *Eyrar;* oc let *Oſpakr* öngva þá frá ſer fara, er þeſſa ferd höfþo farit; höfþo þeir þar ſetit, oc bioggoz fyrer i virkino. Þeir Þórir ſcipto hval, oc leto þat jafnt allra ſcada, er upp var tekit eptir því ſem hverir átto i hvalnom; fóro þeir heim allir eptir þetta: var nú fullr fiandſcapr med heim Þóri

oc

balænamque navi imponere jussit. Qui balænæ adfuerunt paucis armis, nisi quibus laniarunt securibus, instructi erant; Thorer Ospakum *cum suis lanienam aggredi cernens, suos, ne rapinas paterentur, provocavit; illi igitur relicta, quam nondum lanierant, balæna, ad alterum acervi latus occurrunt;* Thorer *autem primus advenit, cui* Ospakus *occurrens, malleo securis tantum ad auriculam verber inflixit, ut deliquium mox pateretur. Eum igitur, qui proximi erant, ad se cito retraxerunt, eique, quam diu in deliquio jacuit, adstiterunt. Interim autem balæna defendi non potuit; unde* Alsus Parvus *adveniens, balænam diripere eos prohibuit. Ad quem* Ospakus; *ne inquit, huc* Alfe *accedas, tibi enim cranium est tenue, mihi autem securis gravis, unde si pedem uno vestigio propius protuleris; tuum quam* Thoreris *iter pejus erit. Hoc consilium, quod edoctus erat salubre,* Alsus *secutus est.* Ospakus *itaque cum suis balænæ lanienam navi imposuit, id quod prius, quam* Thorer *ad se rediret, absolverat: at ille, quæ gesta fuerant, edoctus, suos increpuit, quod indecore agerent; dum hi rapinas, illi verbera paterentur, nihil resistentes, quibus dictis celeriter in pedes surrexit. Tunc autem* Ospakus, *navem in mare productam e littore solvit, sinuque, versus occidentem trajecto,* Eyram *pervenit; nec ullum eorum, qui isthoc cum eo iter susceperant, dimisit: omnes quippe ibi residentes intra aggerem se defendere proposuerunt.* Thorer *autem et* Alsus *balænam diviserunt, jacturamque e rapina ortam, omnes ferre voluerunt adhibita ratione partium, quas singuli reportarent: quo facto quisque suam rediit domum: hoc vero inter* Thorerem *et* Ospakum *ingentem inimicitiam peperit. Cæterum, quod* Ospakus A. D.

quadra

A. D. oc *Oſpaki.* enn af því at *Oſpakr* haſði mart manna, þá gengo þeim ſkiótt faunginn upp.

LVIII. Cap.

